DE PLATONE PRAE-SOCRATICORUM PHILOSOPHORUM EXISTIMATORE ET IUDICE.

PARS PRIMA.

UNIVERSITAS LIBERA REFORMATA AMSTELODAMENSIS.

DE PLATONE PRAE-SOCRATICORUM PHILOSOPHORUM EXISTIMATORE ET IUDICE.

DISPUTATIO LITTERARIA

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS

H. BAVINCK,

THEOL. DOCT., IN FAC. THEOL. PROF. ORD.

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITTERIS HUMANIORIBUS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO AC SOLLEMNI EXAMINI SUBMITTET IN AEDIBUS QUIBUS NOMEN „DE WERKENDE STAND"

ROBERT HERMAN WOLTJER,

GRONINGANUS,

DIE XXIIII M. MARTII MCMIV, HORA III.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD

E. J. BRILL.

MCMIV.

TYPIS E. J. BRILL, LUGDUNI-BATAVORUM.

PATRI OPTIMO.

Disputationis inauguralis scribendae fine facto cum iam in eo sit, ut studia academica absolvam, imprimis est celebrandus Deus Optimus Maximus, Qui usque ad hunc vitae diem mihi pepercit, me sustentavit, pro eximia Sua benignitate omnia fausta largitus est.

Quo pietatis ac religionis munere peracto non possum quin ex animi sententia gratias agam quam maximas vobis, viri clarissimi, huiusce Universitatis professores, pro benevolentia quam universi semper in me contulistis; cum vobis, quorum et scholis et domestica consuetudine usus sum, maxime tibi, clarissime WOLTJER, *patri carissimo, optimo praeceptori, promotori aestumatissimo, nec non tibi, clarissime* KUIJPER, *vir excellentissime, Reginae minister, qui litteris Neerlandicis et Hebraïcis me instituisti, et Dogmaticae me initiasti, tibi, clarissime* GEESINK, *qui historiae philosophiae et logicae elementa summa perspicuitate me docuisti, denique tibi, clarissime* RUTGERS, *cuius de Calvino scholis summa voluptate interfui; tum vobis quos ex cathedra dicentes ut audirem non contigit, ex quorum tamen amicitia ac familiaritate, qua alterius altero diutius usus sum, laetissimos fructus cepi. Universis vobis singularem gratiam gratus refert discipulus.*

Denique vos, commilitones, quibuscum periucundum vitae tempus degi, vos omnes valere iubeo.

Ceterum dolet me quod absolutum et perfectum opus hocce foras dare non possum: disputationis inauguralis partem edere, suas habet difficultates. Sed cum iam initio latius patere videretur quaestio, quam ut uno volumine non nimis magno profligaretur, accuratius inquirenti ita mihi quasi in manibus crevit rei materia, et tam multae exstiterunt quaestiones, de quibus dicendum videretur, ut ne ea quidem quae mihi proposueram, tractare possem, nisi ad Kalendas Graecas, ut aiunt, differre vellem promotionem. Orphicos, de quibus pauca tantum eaque non nisi παρέργου *loco dicere in animo erat, tanti momenti esse reperiebam in* PLATONIS *philosophia, ut quam quaestionem de iis habere necesse erat, hanc gravissimam ac subtilissimam totius operis partem fore, satis appareret. Itaque his librum hanc terminare institueram. Quod tamen inceptum neque ipsum perficere potui. Nempe cum Orpheum et Orphicos saepenumero confundi appareret, prius in illum erat inquirendum; quo factum est, ut nec Orphicis rite tractandis locus iam esset, et solam de Orpheo quaestionem ad finem perducere possem; quod eo minus mihi placet, cum iam in omnia fere, quae ad Orphicos pertinerent, inquisivissem: paucis tamen persolvere, quae de iis erant dicenda, e re mihi non visum est. Itaque quae restant, in alterum fasciculum reservavi: quem fore ut non nimis longo temporis spatio intermisso edere liceat, ex animi sententia spero.*

CONTINENTUR.

PARS PRIOR.

DE UNIVERSA QUAESTIONE.

PARS ALTERA.

DE SINGULIS PHILOSOPHIS ET PHILOSOPHORUM DOCTRINIS.

PARS PRIOR.

De universa quaestione.

τὸ τοῦ Ἡσιόδου καλῶς μοι φαίνεται ἔχειν, τὸ εἰ καί τις σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθείη, προὔργου εἶναι (Cratyl. 428 A).

PROOEMIUM.

ARISTOTELES postquam quinque Metaphysicorum libri primi prioribus capitibus prae-Socraticorum de rerum principiis doctrinas exposuit, *μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας*, inquit, *ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν.*[1]) Simili modo LAËRTIUS DIOGENES, de Platone scribens: *μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν· τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ἡράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει,*[2]) et magis generatim apud EUSEBIUM ATTICUS ille Platonicus:[3]) *Πλάτων πρῶτος καὶ μάλιστα συναγείρας εἰς ἓν πάντα τὰ τῆς φιλοσοφίας μέρη, τέως ἐσκεδασμένα καὶ διερριμμένα ὥσπερ τὰ τοῦ Πενθέως μέλη, καθάπερ εἰπέ τις, σῶμά τι καὶ ζῷον ὁλόκληρον ἀπέφηνε τὴν φιλοσοφίαν.*[4]) Plura afferre possum veterum testimonia, quae, diversa in singulis, de hac re consentiunt omnia, artissime cohaerere PLATONIS phi-

1) ARISTOTELES. Metaphysica I, 6, 987*a*, 29 sqq.

2) LAERTIUS DIOGENES. Vitae et Placita Clarorum Philosophorum decem libris comprehensa III, 8.

3) De quo vide PAULY-WISSOWA II, col. 2241.

4) EUSEBIUS. Praeparationes Evangelicae XI, 2 (ed. DINDORF, vol. II, pag. 3).

losophiam cum priorum sapientia, et hoc ex ipsius operibus apparere.[1])

Itaque cum in scholiis commentariisque tum in aliis operibus saepissime modo quaenam superiorum debuerit doctrinis PLATO, commemoratur;[2]) modo quibus locis ad eos spectet, indicatur.[3]) Hac ratione intellegitur, id quod DIOGENES narrat, quaeri solere, cur PLATO, *cum primus omnibus fere qui ante se fuissent contradixisset*, Democriti mentionem non fecisset;[4]) ab altera vero parte crebras divulgatas fuisse fabulas, quibus studiose operam dedisse illum narraretur, ut superiorum philosophorum scripta pararet.[5])

---

1) Cf. HERMANN. Geschichte und System der Platonischen Philosophie I, lib. II, cap. I, pag. 129: „Fragen wir die Zeugen des Alterthums über das Verhältniss, worin Plato zu den philosophischen Bestrebungen und Leistungen seiner Vorgänger gestanden habe, so antworten sie uns einstimmig, dass er die entgegengesezten Richtungen, in welche sich die bisherige Weltbetrachtung geschieden hatte, versöhnt und vereinigt und durch harmonische Verschmelzung der drei Theile der Wissenschaft, die von den vorhergehenden Denkern nur vereinzelt und mit selbsttäuschender Einseitigkeit gepflegt worden waren, zuerst das Gebäude der griechischen Philosophie vollendet habe; sie bezeichnen ihn somit von vorn herein als einen Brennpunct, in welchem der Genius des griechischen Volkes noch kurz vor dem geistigen Untergange desselben die zerstreuten Strahlen dessjenigen, was die Weisesten in seiner Mitte gelehrt und gedacht hatten, sammelte, und zu dessen Würdigung und Verständniss es mithin unumgänglich ist, die verschiedenen Richtungen und Ergebnisse philosophischer Forschung in Griechenland von ihren Ursprüngen bis auf ihn herunter in ihren wesentlichen Aeusserungen zu verfolgen."

2) Commemoro Proclum in Plat. Tim. II, 95 E: ᾧ ('Ορφεῖ) *καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐν ἄλλοις ἠκολούθησεν*. Cf. E. ABEL. Orphica 1885, pag. 200.

3) Olympiod. ad Plat. Phaed. p. 70 C: *πανταχοῦ γὰρ ὁ Πλάτων παρῳδεῖ τὰ τοῦ* 'Ορφέως. ABEL, o. l. pag. 245.

4) O. l. III, 25: *πρῶτός τε ἀντειρηκὼς σχεδὸν ἅπασι τοῖς πρὸ αὐτοῦ ζητεῖται διὰ τί μὴ ἐμνημόνευσε Δημοκρίτου*. Cf. etiam IX, 40: *πάντων γὰρ σχεδὸν τῶν ἀρχαίων μεμνημένος ὁ Πλάτων οὐδαμοῦ Δημοκρίτου διαμνημονεύει*....

5) Nota sunt quae de Pythagoreorum et Philolai libris a Platone emptis feruntur apud DIOGENEM III, 9; VIII, 84 et 85. Cf. HERMANN, o. l. pag.

Recentiores consentiunt. Audias BOECKHIUM: »Beim »Studium der Geschichte der Philosophie muss man von »XENOPHON, PLATON und ARISTOTELES ausgehen; denn »ihre Werke enthalten den Schlüssel zum Verständniss »der früheren und späteren Systeme . . ." [1]); et alio loco: . . . »Diese Wirkung wird durch das Studium der antiken »Philosophie um so sicherer erreicht, wenn man dasselbe »an PLATON anknüpft; denn in ihm ist alle frühere Ur»philosophie wie in einen Knoten zusammengeschlungen, [2]) »aus dem alle spätern Systeme sich Zug für Zug sicht»lich herauswirren — in ihm haben sich die treibenden »Wurzeln und Zweige der früheren Philosophie bis zur »Blüthe potenzirt, aus der die spätere Frucht langsam »heranreift." [3]) Audias praeterea UEBERWEG-HEINZE: »PLATON entwirft mit historischer Treue in den wesent»lichen Grundzügen, aber zugleich mit poetischer Freiheit »in der Ausführung und Ummodelung nach seinen »Zwecken anschauliche Bilder von den philosophischen »Richtungen und auch von der Persönlichkeit ihrer Ver»treter. . . . . PLATON charakterisirt in verschiedenen Dia»logen die Richtungen des Heraklit und des Parmenides,

108 adn. 92; pag. 285 adn. 68; ZELLER, Philosophie der Griechen II, 1^4 pag. 410 adn. 2. Idem Sophronis quoque mimographi libros primus Athenas invexisse dicitur a DIOGENE III, 18. Contra Democriti libros, quotcumque colligere potuisset, comburere voluisse Platonem, Aristoxenum tradidisse legitur apud eundem DIOGENEM IX, 40. Cf. de hac fabula ZELLER, o. l. I, 1^5, pag. 340 adn. 3, II, 1^4, pag. 399 adn. 2.

1) AUGUST BOECKH, Encyklopädie und Methodologie der philologischen Wissenschaften, herausgegeben von ERNST BRATUSCHECK, Leipzig. Teubner 1877, II, 2, IV, 2, § 89, p. 585. Cf. etiam HOFFMANN (vid. pag. 6, adn. 1), pag. 44: . . . „Platon, der die Ansichten seiner Vorgänger in grossartiger Weise zusammenfasst."

2) Cf. vel GOETHE, Geschichte der Farbenlehre Par. I. Sect. I: „Noch willkommener tritt uns bei Plato iede vorige Denkweise gereinigt und erhöht entgegen."

3) O. l. pag. 588.

»des Empedokles, des Anaxagoras, der Pythagoreer, »des Protagoras und Gorgias und anderer Sophisten, »dann vor Allem die des Sokrates, des Antisthenes »und anderer Sokratiker." [1]) Addas denique ZELLER: »PLATO ist der erste von den griechischen Philosophen, »der seine Vorgänger nicht bloss überhaupt allseitig »gekannt und benützt, sondern auch ihre Principien mit »Bewusstsein durch einander ergänzt und zu einem hö»heren zusammengefasst hat." [2])

2. Duplex ex his exoritur quaestio: altera, ut quibus ex elementis concreverit philosophia Platonis, indagetur; ut quid de prioribus commemoret ille iudicetve philosophis exponatur, altera. Harum quaestionum cum de altera plurima sint dicta, [3]) quippe quae in omni philosophiae Platonicae descriptione sit profliganda, raro, quod equidem sciam, et appendicis loco aut partim tantum

---

1) FRIEDRICH UEBERWEGS Grundriss der Geschichte der Philosophie. Erster Theil. Das Alterthum. Neunte Auflage, bearbeitet und herausgegeben von Dr. MAX HEINZE. Berlin 1903, Ernst Siegfried Mittler und Sohn, pag. 27.

2) O. l. II, 1⁴, pag. 564.

3) Cf. i. a. BURSIAN, Geschichte der classischen Philologie in Deutschland, pagg. 921 et 922 (Viertes Buch, 3 Kap.: Die grammatisch-kritische Richtung der Philologie unter dem Einflusse G. HERMANN's): „Unter den Philologen vom Fach haben drei die historische Entwickelung der Platonischen Philosophie zum Gegenstande specieller Studien gemacht: CARL FRIEDRICH HERMANN ..., von dessen „Geschichte und System der Platonischen Philosophie" ... nur der erste Band ans Licht getreten ist (Heidelberg 1839) ...; FRANZ SUSEMIHL ..., der Verfasser des Werkes „Die genetische Entwickelung der Platonischen Philosophie einleitend dargestellt" (2 Theile, Leipzig 1855—60), und KARL STEINHART ..., der die von HIERONYMUS MÜLLER bearbeitete Uebersetzung der sämmtlichen Werke Platon's (8 Bde, Leipzig 1850 bis 1866) mit trefflichen Einleitungen zu den einzelnen Dialogen begleitet und als Ergänzung dazu ein selbständiges Werk über Platon's Leben (Leipzig 1873) verfasst hat."

Cf. praeterea pag. 663, ubi de Schleiermachero dicitur.

Addo S. RIBBING, Genet. Darst. d. platon. Ideenlehre. 2 Bde, Leipzig 1863—64, Engelmann.

tractata est altera. Quae cum ita sint, mihi proposui, ut quid de singulis, qui antecesserint, philosophis iudicaverit PLATO, percontarer atque exponerem.

3. Quaerat aliquis, sitne operae pretium solvere conari quaestionem, in qua solvenda difficultates exspectandae sint plurimae, eventus sane exigui; numne sit operae pretium, operam studiumque conferre in exponendam talem historiae philosophiae scientiam, quam vel usu iam vel doctrina vel vetustate immutatam videamus, qua multo meliorem atque ampliorem hisce diebus habeamus; numne sit operae pretium, examinare non dico quae prae-Socratici docuerint philosophi, sed quae PLATO eos docuisse putaverit.

Talia quaerentem eorum admoneam imprimis, quae BOECKHIUS iis respondit, qui exponere eiusmodi errores poeticos, quales in disputatione sua: »Ueber die Bildung der Weltseele im Timaeos des Platon" explicat ille, inutile censerent:

»Nicht die reine Form des Weltalls ist ausgesprochen, »sondern eine Form, unter welcher dasselbe ein PYTHAGORAS, ein PLATON empfangen, oder wozu er es gestaltet hat. Und sollten wir trefflicher Meister schöne »Gebilde nicht mit Liebe betrachten, wenn auch die »Originale, nach welchen sie gearbeitet wurden, nicht »getroffen sind? Ist doch der Sphären wahre Harmonie, »das wahre Gesetz der Planetenentfernungen, welches »die Alten zu finden unternahmen, bis jetzt noch unerfunden und unerkannt. Kein Geborener hat die keusche »Artemis je geschaut, und nicht Einem Aktäon sondern »vielen hat sie das Haupt gehörnt; doch bis die nackte »Natur dem sterblichen Auge zu erscheinen nicht erröthet,

»warum nicht wolltest du ihr Bild, abgespiegelt in gött-
»licher Männer Geist, mit Lust und Genuss beschauen?" [1])

Haec [2]) si sola responderem, sufficerent. At plura habeo. Nempe cum ea mentis humanae vis atque facultas, phantasiam quam dicunt, qua singula, quae tradiderint veteres, disquisitione probata, ita copulet atque conectat, itaque inter sese coniungat, ut ex singulis illis particulis solida quaedam et expressa praeteritorum effigies oriatur atque imago, alia aliis, — cum haec, inquam, facultas ipsa per se mirum quantum valeat ad veram prioris aevi hominum, rerum, scientiae adferendam cognitionem, — cum porro summi homines et maxima quaeque ingenia, summa phantasia amplissimaque praediti, facillime et accuratissime cogitatione res depingant atque repraesentent, sequitur, ut quae de praeteritis iudicent illi, etiam si a veritate interdum abhorreant, et vera iam sint reperta, maximum tamen ad efficiendam temporis acti perfectam atque absolutam imaginem momentum habeant, ideoque plurimi sint facienda et dedita opera quaerenda, quippe qui videant quae non viderint alii, qui ingenii sui lumine obscura illustrent, qui quae alii viderint, sub novo et singulari ponant adspectu.

---

1) A. Böckh, „Ueber die Bildung der Weltseele im Timaeos des Platon." (Kleine Schriften 3, 109—180) in fine apud Max Hoffmann, August Böckh, Lebensbeschreibung und Auswahl aus seinem wissenschaftlichen Briefwechsel. Leipzig. Teubner 1901, pag. 19.

2) Eadem fere dicit, alia tamen mente, ipse Plato Phaedr. 274 C: *'Ακοήν γ' ἔχω λέγειν τῶν προτέρων, τὸ δ' ἀληθὲς αὐτοὶ ἴσασιν. εἰ δὲ τοῦτο εὕροιμεν αὐτοί, ἆρά γ' ἂν ἔθ' ἡμῖν μέλοι τι τῶν ἀνθρωπίνων δοξασμάτων;* Neglegitur tamen hic delectatio quam ex eorum, quae licet minus vera esse postea appareat, ingeniosa tamen et pulchra dicta sint, cognitione percipimus. Cf. Cicero, De fin. bon. et mal. V, § 51: „Quid, cum fictas fabulas, e quibus utilitas nulla elici potest, cum voluptate legimus?"

Quin etiam haec cognoscere, cum vera iam noveris, non solum est dulce, verum etiam utile ad veritatis ampliorem cognitionem, id quod fusius supra diximus.

Quae si vera sunt, de quo aptius dicuntur quam de Platone! Cuius in laudibus si multus fuero, vereor — ut cum GROEN VAN PRINSTERER dicam,[1]) — ne in ipso huius scriptionis introitu ineptus videar. Etenim inter antiquos neminem fortasse invenies, maioribus elatum a posteritate laudibus et admiratione affectum maiore. Quem insigni pietate colebant discipuli; cuius memoriam variis et mirabilibus fabulis exornavit fama et hominum sermo; quem ut heroem, ut deum, venerati sunt Neo-Platonici; in cuius honorem dedicatae sunt arae, cui statuae positae; quem CICERO »philosophorum quasi deum" vocat,[2]) θεῖον LONGINUS; quem certatim laudant etiam scriptores Ecclesiastici, inter quos disputatum est, an religionis Christianae habuisset suspicionem quandam ille![3])

Sed quid Platonem laudo, quem ipse CALVINUS quamvis in paganorum philosophos vehemens atque acer, inter omnes religiosissimum et maxime sobrium dicit,[4]) interdum sapere concedit.[5]) De quo GROEN VAN PRINSTERER Platonicae Prosopographiae initio: »vix potest", inquit, »is, qui Platonis amore incensus est, sibi ipse,

---

1) Platonica Prosopographia (vid. in fine capitis primi), pag. 1.

2) N. D. II, 32.

3) Ab ARNOBIO adversus nationes dicitur e. g.: Plato ille sublimis apex philosophorum et columen I, cap. 8; vir prudens, ibid.; Plato ille divinus multa de deo digna nec communia sentiens multitudini, II, 36; Platonem illum magnum pie sancteque sapientem, II, 52 (edit. Reifferscheid. Corp. Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum edit. consilio et impensis Acad. Litt. Caes. Vindobon. Vol. IV).

LACTANTIUS tamen (Institution. epit. ad Pentad. 38) aperte dicit: ... Plato, quem deum philosophorum Tullius nominat, qui solus omnium sic philosophatus est, ut ad veritatem propius accederet; tamen quia deum ignoravit, in multis ita lapsus est, ut nemo deterius erraverit ... (Opera II, ed. Fritzsche, pag. 137).

4) Institut. Rel. Christ. 1559. I. 5, 11.

5) l. l. III. 20, 34.

cum de illo dicit, moderari;" [1]) quem omnis philosophiae parentem [2]) appellavit HERMANN; de quo denique clarissimus ille philologus BÖCKHIUS scripsit: »ich verdanke ihm den besten Theil meiner Bildung!" [3])

At per omnia saecula summos quosque ac nobilissimos philosophos, omnes ingenio atque animo singulares, omnes denique praestanti ac paene dixi divina mente atque indole praeditos maxime admiratos esse Platonem, maximeque eo esse delectatos, quis mirabitur? Nonne eius philosophiae tractatio optimo et amplissimo quoque dignissima est? Ecquis non dico eruditione aut doctrina, sed ingenii magnitudine, sed animi sublimitate, sed mentis acumine, sed cogitationis motus celeritate, sed gravitate, sed sermonis lepore atque subtilitate [4]) Platoni praestitit? Nonne ad summum perduxit hic philosophiam Graecorum? Nonne omnium, qui fide Christiana caruerint, omnium qui erraverint, maximus fuit et nobilissimus, nonne ad veram religionem proxime accessit? Numne etiam ARISTOTELES, magnus ille philosophus, non dico doctrina aut in singulis scientia, non dico via atque ratione philosophandi, sed ingenio et prudentiae sublimitate hunc aequiperavit, nedum superavit? Quidquid de idealismo dici potest, mentis humanae divinam certe originem ostendit; et idealismi parens fuit PLATO!

---

1) O. l. pag. 1.

2) O. l. pag. XVII: „eines Vaters aller Philosophie".

3) „Untersuchungen über das kosmische System des Platon" 1852, in fine, apud HOFFMANN, o. l. pag. 104. Cf. etiam pag. 44: „auf historischem Wege schien ihm [BÖCKH] das Verständnis der platonischen Ideenlehre am leichtesten erreichbar, in der er die vollkommenste Leistung des griechischen Geistes auf philosophischem Gebiete erkannte."

4) Cf. CICERO, De Republ. I. 10, 16: „Itaque... leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagorae et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit."

Sed quid multa! Vereor ne iam inciderim in Ciceronianum illud vitium; qui, »(Platonem)", inquit,[1] »quadam admiratione commotus saepius fortasse laudo, quam necesse est." Platonem vero laudare ut decet, nec mearum virium nec huius loci est. Quare, quamvis sperem fore ut idem mihi respondeatur quod ab Attico Ciceroni: »Tu vero eum nec nimis valde umquam nec nimis saepe laudaveris", sufficiant ea quae dixi, ut si ullum, Platonem dignum censeas, cuius de superioribus philosophis iudicium cognoscatur.

Cum igitur quid de praeteritis summi viri iudicaverint cognoscere semper operae sit pretium, PLATO autem in summorum virorum numero habendus sit, sequitur, ut eius de superioribus philosophis iudicii scientia cognitioque omnino non sit contemnenda. At cur imprimis PLATONIS in hac re sententia magni sit momenti, causae afferri possunt etiam aliae. Nempe cum aequalium quoque et vulgi opiniones saepissime afferat ille vel excutiat, modo contra illas disserens, in usum suum convertens modo, ex eius iudicio — dummodo vera commemoret — simul aetatis cognoscuntur studia atque sententiae. Hanc vero aetatem gravissimam esse, cum omnibus notum est, tum ex eo apparet, quod in ea non solum ad summum perducta est philosophia, verum etiam iam ante illam et in illa alii aliis in artibus, in lyrica PINDARUS, in tragica poesi AESCHYLUS et SOPHOCLES, ARISTOPHANES in comoedia, in sculptura PHIDIAS, POLYCLITUS, PRAXITELES, in arte picturae POLYGNOTUS, ZEUXIS alii talia praestiterunt, quibus maiora nunquam vidit Graecia.[2]

---

1) de Legg. III, 1, 1.

2) Cf. HERMANN, o. l. pag. 133 sq.: „so gehört er (Plato) doch darum

Denique cum prae-Socraticorum philosophorum opera aetatem tulerint nulla, fragmenta tantum, ab aliis iisque posterioribus servata, sint reliqua, PLATO vero primus fuerit philosophus, cuius scripta quod sciamus omnia ad nos pervenerint,[1]) sequitur ut, quatenus de prioribus dicat, opera eius primus sint fons, ex quo illorum placita cognoscantur,[2]) ideoque etiam hac ex parte iudicium eius plurimi sit faciendum.

---

nichtsdestoweniger der Menschheit an, weil sein Volk und seine Zeit eine wesentliche Stelle in der Geschichte der Menschheit einnimmt, und zwar um so viel mehr als sein Vorgänger, weil in ihm sich alles, was Griechenland im Gebiete der geistigen Erkenntniss Wahres und Schönes errungen hatte, vereinigte und verklärte, um es frei von den Auswüchsen der Einseitigkeit und Verblendung als ein ewiges Denkmal männlichen Ringens nach dem Höchsten der Nachwelt zu überliefern."

1) Cf. pag. 14 adn. 1.

2) Accedit quod Plato primus omnia fere quae a prioribus tradita erant, studiosius spectavit ideoque etiamsi illorum opera aetatem tulissent, dignus esset, cuius iudicium cum veris illorum doctrinis conferretur; praeterea a Platone nova, ut ita dicam, periodus Graecae philosophiae incipit.

CAPUT PRIMUM.

QUO DE CONSILIO ET DE VIA AC RATIONE IN DISPUTATIONE SEQUENDIS AGITUR.

1. Vidimus in prooemio, quaenam esset quaestio solvenda, quidque soluta haberet utilitatis; et primo quidem ostendimus, qui esset cognoscendi clarorum virorum de praeteritis iudicii fructus; deinde vero indicavimus, PLATONIS imprimis de prioribus sententiam cognitione esse dignam, quippe qui clarissimae aetatis clarissimus philosophus fuisset, et cuius opera primum praecipuumque prae-Socraticae philosophiae cognoscendae efficerent fontem.

At quaestionem in medio posuisse non est satis: priusquam dirimi possit, permulta disputanda sunt, quae vel dubia sint vel aliquam praebeant difficultatem. Quae, quamvis iis qui opus hoc lecturi essent, nota fore scirem, nihilominus primo hoc capite breviter tractare non prorsus inutile iudicavi, et id quidem hanc ob rem, quod, nisi id facerem, verebar, ne passim in ipsa quaestione identidem attingenda mihi essent.

Tria autem potissimum roganda esse mihi videntur: I. quibus finibus terminanda sit disputatio quaeque contineat; II. quibus PLATONIS iudicii cognitio obstructa sit difficultatibus cum a PLATONE tum a prioribus philosophis, tum quod

ad universam quaestionem; III. quo modo sint discutiendae hae difficultates, quaeque in universa disquisitione sequenda sit via ac ratio.

2. I. Quibus finibus terminanda sit disputatio quaeque contineat. Scriptionis huius initio totam de examinanda ratione, quae cum antecedentibus philosophis intercederet Platoni, quaestionem duas in partes dividendam esse dixi, quarum altera esset haec, ut, a prae-Socraticis philosophis proficiscens, in eos, quid ad Platonis philosophiam pertinuissent, inquireres, altera ut a Platonis operibus exordio capto, quid de superioribus iudicaret ille, indagares. E quibus posteriorem persecuturum me esse significavi.

Duas vero has quaestiones plane diversas esse ex hoc quoque apparet, quod facile fieri potest, ut cum philosophorum vel philosophematum, in quibus ad Platonis philosophandi rationem maxima fuerint momenta, mentionem nullam is faciat, tum vel strictim vel multa dicat de iis, qui in eius doctrinam omnino nihil pertinuerint.

Altera, quae de Platonis philosophiae genesi agit, disputatione multae aliae quaestiones continentur, quas si omnes dirimere cupias, totius vitae spatium vix suppetet; quasque tractare nec iuvenilis scientiae nec virium est: quinam Platonis fuerint doctores; e quibus superiorum doctrinis vel quarum doctrinarum coniunctione orta sit Platonis philosophia; an contra priores parum ad illam pertinuerint, et praeclarae eius mentis quod ad summam haec doctrina sit propria; utrum in aliis operibus alios maximum momentum habuisse appareat, an in omnibus idem; denique an Platonicae philosophiae fundamenta ab ipso quidem non sint iacta, sed multo altius vel ab anti-

quissimis mysteriorum doctrinis et pristinae aetatis mythologumenis, vel etiam ab orientali theologia repetenda sint. De qua tam variae sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiae, ut profligari non posse nec ad exitum adduci paene videatur, ac si possit, non nisi summo ingenio, sagacitate, scientia, labore.

In altera, multo minus difficiliore quaestione, quam tractare huius operis est, quaeritur primum, qui philosophi vel philosophorum opera in Platonis dialogis commemorentur; deinde quid de iis dicatur et iudicetur, considerandum est; denique ad rationem criticam examinari oportet, an quae a Platone commemorantur, vera sint, an quae laudat, ad verbum laudet, an quae de iis iudicavit, recte, aeque, integre iudicaverit, postremo an semper idem iudicaverit.

Altera hac quaestione, mihi tractanda, prior illa magnam partem nititur, cum haec antecedat illam necessario eiusque sit fundamentum. In iis tantummodo, quae postremo loco enumeravi (in arte critica adhibenda) videtur necesse ut de ea pauca dicam, cum omnino ignorans quid prioribus debeat Plato, iudicium, quod de eis tulit, vix recte aestimare possis. Quare obiter si opus erit, illam attingam; ceterum, cum ab operis mei rationibus omnino abhorreat, exterminandam esse puto, *μὴ*, ut cum ipso loquar Platone,[1]) *τὸ μέγιστον, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος ὥρμηται ἄσκεπτον γένηται ὑπὸ τῶν ἐπεισκωμαζόντων λόγων, εἴ τις αὐτοῖς πείσεται.*

Ab hac parte igitur ea quae facere in animo habeo, perspicua videntur: iudicium expositurus sum, quod de superioribus philosophis tulit Plato.

Nec non perpensis iis quae supra dixi, iam apparet,

1) Theaet. 184 A.

quid vocabulo hoc »iudicio" significem. Cuius vocis vis in hac disputatione latius patet, ita ut non solum, quid de superioribus *censeat* PLATO, verum etiam quae de eorum vita operibus doctrinis commemoret, quaeque ex eorum scriptis laudet, sit examinandum, id quod supra iam indicavi.

Deinde cum *iudicium Platonis* dico, dico *iudicium Platonis quod eius operibus continetur*. Ut in ea quoque inquiram, quae de hac re alii commemoraverunt, nec necessarium est, nec sub operis huius rationes cadere puto. Cum omnia Platonis opera aetatem tulerint,[1]) hac ex parte non est verendum, ne ipsa Platonis sententia non reperiatur.

Denique expositurus sum Platonis de superioribus sententiam, non imprimis ut horum doctrinae aliquid luminis adferam aut uberiorem placitorum adiungam cognitionem, sed ut, si fieri possit, illustretur PLATO et clarior etiam clarissimi viri proponatur memoria atque imago. Non quae docuerint prae-Socratici philosophi investigare conabor, sed quae PLATO eos docuisse dicat; non quid de illorum doctrinis censendum sit nobis, sed quid censuerit PLATO. Utrum recte censuerit, altera est quaestio, in qua profliganda etiam qualia *nostra*

1) Cf. UEBERWEG, Untersuchungen über die Echtheit und Zeitfolge Platonischer Schriften und über die Hauptmomente aus Plato's Leben. Wien 1861, pag. 131: „Es ist hierbei zuvörderst im Allgemeinen zu be- „merken, dass unter den Schriften, die uns als Platonische überliefert sind, „zwar gewiss mehrere unechte sich befinden, dass aber mit grosser Wahr- „scheinlichkeit angenommen werden darf, dass die echten sämmtlich „darunter enthalten sind und keine derselben verloren gegangen ist. Diese „Annahme beruht darauf, dass in der gesammten alten Literatur, soweit „sie uns erhalten ist, keine gesicherte Beziehung auf ein Platonisches Werk „sich findet, welches heute nicht mehr existirte. Es genügt, hierfür auf „HERMANN, Plat. Phil. S. 345 und 555 f., und auf ZELLER, Ph. d. Gr., II, „2. Aufl. S. 320 f. zu verweisen." (Cf. nunc ZELLER, Ph. d. Gr. II, 1⁴, pag. 436 sqq. Cf. praeterea HERMANN, o. l. pag. 345, adn. 1).

sententia fuerunt prae-Socraticorum placita sunt cognoscenda. Ut PLATONIS oculis intueamur illorum philosophiam, praecipue est propositum; deinde, ut decernatur an recte munere suo functi sint oculi illi. Qua in quaestione si verum non vidisse aliquando Platonem appareat, in memoriam revocemus BOECKHII verba, supra allata, et Ciceronianum illud cogitemus, praestare interdum cum Platone errare quam cum aliis vera sentire. [1])

Postremo in huius disputationis finibus terminandis rogatur, qui sint superiores illi philosophi, de quibus quid iudicaverit PLATO, exponendum sit. Duplex autem inest quaestio: qui sint philosophi habendi, et qui terminus notioni antecedendi sit ponendus. Cum vero semper memoria tenendum sit de Platonis iudicio agi, de nostro non agi, in priore quaestione hoc est considerandum, quos in philosophorum numero habuerit PLATO. Quod ut sciatur, breviter quaenam in dialogis eius subiecta sit verbo *philosophiae* notio, exponere opus est, quo facto facile apparebit an hac ratione investigari possit, de quibus dici oporteat, quaeque ad philosophiam omnino non pertineant ideoque silentio sint praetereunda. [2])

Igitur cum a quibus initiis disputatio haec incipere debeat, nondum sit constitutum, quoniam constituere hoc ipsius est disputationis, multo facilius ad finem perducitur altera illa quaestio, qua ubi subsistendum sit rogatur.

Etenim cum de iis tantum philosophis sit agendum, qui Platonem antecesserint, PLATO autem SOCRATIS fuerit discipulus, omnes sunt omittendi, qui cum

---

1) Disput. Tusc. I, 17, 39.

2) Ea fere omnia dico, de quibus GROEN VAN PRINSTERER in opere laudato egit, exceptis scilicet philosophis.

illo ex SOCRATIS schola exierunt, inter quos nomino ANTISTHENEM Cynicum, quocum quae ratio intercessisset PLATONI, imprimis hisce temporibus est disputatum.[1]) Item si qui alii sunt Platonis aequales, ii non cadunt in hoc argumentum; sophistarum, qui dicuntur, eos tantum attingam, qui Platonis aetatem antecedunt.

Denique quid de ipso SOCRATE eiusque doctrina censuerit PLATO, hanc ob rem non examinaturus sum, quod hic, SOCRATIS ingenium et doctrinam scriptis suis immortalitati tradere cupiens, omnem fere sermonem plerisque in dialogis illi tribuit ita ut in his huius philosophia vix ab illius discerni posse videatur. Praeterea haec quaestio ab egregiis viris doctis saepius est tractata.

3. II. Quibus PLATONIS iudicii cognitio obstructa sit difficultatibus cum a Platone tum a prioribus philosophis, tum quod ad universam quaestionem. Finibus quaestionis propositis et iis quae illa continentur explicatis nondum ad ipsam adgredi disputationem mihi licet: prius qua ratione ac via disputandum sit, constitui oportere videtur.

Hanc autem quo minus cognoscamus obstant quaedam, in ipsius argumenti natura sita, de quibus antequam ad ipsam quaestionem accedamus, erit dicendum. Quodsi enim PLATO, ut in Metaphysicis ARISTOTELES, perpetua oratione θετικῶς quid de prioribus iudicaret explicavisset, vel etiam dialogi forma usus varias illorum doctrinas sub uno aspectu posuisset, id quod in libris περὶ φιλοσοφίας dialogi forma con-

---

1) Cf. K. URBAN, ü. d. Erwähnungen d. Phil. des A. i. d. plat. Schrift. Kgsbg. 1882.
F. DÜMMLER, Antisthenica, Hal. 1882. Cf. WOHLRAB, Theaet. Prolegg. pag. 29 sqq. ZELLER, Ph. d. Gr. II, 1⁴, pag. 296 sqq.

scriptis eundem ARISTOTELEM fecisse constat,[1]) profecto multo facilius res confici posset: *investigare* PLATONIS iudicium opus non foret, quoniam omnia ita essent in promptu, ut vix res disputatione egeret, eique, qui nihilominus dicere de ea cuperet, nihil fere[2]) restaret, nisi ut quid de tali iudicio esset censendum, consideraret atque expediret.[3])

At cum neutrum eorum fecerit PLATO,[4])

---

1) Cf. CHRIST, Gr. Litt.[3] pag. 401.

2) De ARISTOTELE hoc non nisi cum grano salis, ut aiunt, dici posse, cum is in aliis quoque operibus de antecedentibus philosophis egerit nonnulla — imprimis in libris περὶ ψυχῆς scriptis — (Cf. BONITZII Index in Acad. Reg. Bor. edit. Vol. V) —, is qui philosophiae historiae peritus leget haec, ipse iam intelleget.

3) In ARISTOTELEM nuper ita inquisivit ERNST CHR. HCH. PEITHMANN, Die Naturphilosophie vor Sokrates, in: Archiv für Geschichte der Philosophie XV (N. F. VIII), 2, qui Aristotelem prae-Socraticorum philosophematum summam male intellexisse et ad ipsius de ἀρχαῖς opinionis normam aestimasse putat. Cf. Berl. Phil. Wochenschr. 22. Jahrg. N°. 13.

4) Dixerit quispiam, tale quid, quale altero loco indicavimus (sc. uno in dialogo varias superiorum doctrinas sub uno aspectu ponere), fecisse PLATONEM in Sophista 241 D sqq. Cf. CH. HUIT, La vie et l'oeuvre de Platon. II. Paris. Thorin et fils 1893, pag. 286: „Au milieu d'un débat purement théorique se glisse une sorte de révision générale des systèmes antérieurs et pour ainsi dire une histoire abrégée de la métaphysique grecque avant Socrate."

At primo ipse HUIT hoc a Platonis eiusque aetatis consuetudine abhorrere putat: „Devant le critique moderne une double question se pose: ces pages répondent-elles d'abord aux tendances philosophiques de Platon, et ensuite à ses habitudes d'écrivain? Pour se convaincre que le disciple de Socrate s'est initié aux spéculations de ses devanciers, à défaut d'autres preuves il suffirait d'ouvrir le *Théétète* et le *Phédon*. Mais il faut descendre jusqu'à Aristote pour voir les anciens philosophes énumérés méthodiquement, leurs assertions reproduites, leurs conclusions adoptées ou combattues. Platon a trop d'élan et d'imagination pour s'astreindre à des allures aussi érudites, et par le criticisme dont elles sont pleines ces pages du *Sophiste*, sauf le ton enjoué qui y règne, rappellent tel chapitre bien connu de la *Physique* ou de la *Métaphysique*."

Conferantur CAMPBELLII verba, quae affert HUIT (pag. 286 adn. 1): „The conception of studying philosophical ideas in the light of their history,

sequitur ut quid de prioribus philosophis iudicaverit, ex universis eius operibus sit conquirendum; id quod difficile est partim quod ad PLATONEM, partim ad eos qui eum antecedunt philosophos, partim ad universam quaestionem.

4. A. Quod ad Platonem. Quandoquidem quae sit *in operibus* Platonis de prioribus sententia, disputandum est, primo quaeritur, quae sint eius opera. Ut vero nullum Platonis opus deperiisse videtur,[1]) ita inter ea, quae sub illius nomine tradita sunt, inveniri quae falso ei adscribantur, non minus inter omnes viros doctos constat, nec non ab ipsis antiquis saepius est disputatum. Nam cum de industria illustrissimi viri nomine abusum esse falsarium aliquem, alienae gloriae vel etiam pecuniae cupidum, non nimis veri sit dissimile,[2]) tum etiam

---

and almost of the impossibility of studying them in any other way comes more distinctly into consciousness in this passage than even in Aristotle".

Deinde vero ipsa quae hic in Sophista dicuntur, ab iis quae in Theaeteto sunt discrepare addit HUIT: „D'ailleurs au lieu de faire suite, comme on s'y attendrait, aux démonstrations du *Théétète*, elles en offriraient plutôt la contre-partie."

Denique HUIT, id quod lectis iis, quae laudavi, iam non mirum videbitur, Sophistam abiudicat PLATONI: pag. 291: „Conclusion nécessaire, à ce qu'il semble: „Platon n'est pas l'auteur du Sophiste." Quod etiamsi negetur, nec concedatur, hanc Sophistae partem a Platonis consuetudine aliquantum discedere, — non ea tamen ratione hic priorum philosophemata tractantur, de qua supra in textu, qui dicitur, sermo est.

1) Cf. pag. 14 adn. 1.

2) Nota sunt quae de hac re affert GALENUS ad Hippocr. de nat. hom. I, 42: *πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς ἐπὶ κτήσει βιβλίων φιλοτιμηθέντας, οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγέγραπτο σύγγραμμα· λαμβάνειν δ' ἀρξαμένων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς σύγγραμμα παλαιοῦ τινος ἀνδρός, οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον.* Minus recte de hoc loco dicere videtur mihi UEBERWEG — cuius claram et sagacem disputandi rationem

nullo dolo malo nullisque praestigiis adhibitis errores facillime hac in re irrepere potuerunt, quandoquidem sola inscriptione atque indice opus aliquod PLATONIS esse cognoscebatur, indices autem hi, cum extrinsecus voluminibus affigerentur, facile commutabantur inter sese, [1])

---

magnopere laudo — Untersuchungen pag. 189, cum partim nimium ei tribuat auctoritatis, et nimia ex eo concludat, partim omnem fidem ei abrogare videatur. Nam de priore loci parte scribens: „Der erste Theil ... beruht schwerlich auf einer so umfassenden historisch-kritischen Untersuchung, wie sie ... hätte angestellt werden müssen, um denselben wissenschaftlich zu sichern," alteram nullis prolatis argumentis hoc modo probat: „Der zweite Theil dieser Aussage stützt sich ohne Zweifel (!) auf eine Reihe von Thatsachen, die füglich dem Galenus bekannt sein konnten"! Id quod, licet posteriorem thesin multo facilius demonstrari priore libenter concedam, non probo, quod hic sibi non constat UEBERWEG, et in alia loci parte alio utitur iudicio.

Deinde vero plura mihi videtur ex verbis Galeni efficere, quam equidem inesse arbitror (o. l. pag. 189 in fine). Nempe scriptum quidem legitur, fraudatores aliquos multos falsis indicibus instruxisse libros et bibliothecis obtulisse; bibliothecarum vero praefectos temere talia subditiva opera pro genuinis accepisse et inter bibliothecarum libros recepisse et in indices rettulisse, hoc non legitur, quamquam verborum contextum ut tale quid intellegatur suadere concedo. Utut est, non nimium tribuendum esse puto, si quae eiusmodi traduntur.

Quodsi quis contendat, cum opus aliquod in bibliothecam receptum sit, id ad eius αὐθεντίαν nihil proprie pertinere, nimium probans is nihil probare mihi videtur.

Talia qui dicat, nitatur necesse est eorum coniectura, qui Alexandrinos imprimis viros doctos, quos alioqui in caelum efferunt laudibus, in hac re asinos fuisse putant. Quae coniectura longissime abest a vero. Cf. J. WOLTJER, *Overlevering en Kritiek.* Amsterdam 1886, qui Galeni verba laudans (pag. 26), paucis versibus post haec addit: „Toch zijn ook deze en dergelijke gevallen van werkelijk bedrog niet in staat het karakter van betrouwbaarheid aan de overlevering te ontnemen, want in de eerste plaats was het bedrog gewoonlijk te plomp om stand te kunnen houden; ten tweeden waren de ouden zelf niet zoo onnoozel, dat zij zich zoo gemakkelijk lieten misleiden; de overlevering zelf getuigt, dat zij dergelijke bedriegerijen herkenden en in 't licht stelden, en buitendien waren zij in de profane litteratuur betrekkelijk zoo zeldzaam, dat, ook waar hun bedrog gelukt ware, toch deze enkele gevallen het karakter der litteratuur in 't algemeen niet konden deren." Cf. GOMPERZ, Griechische Denker, II p. 563 adn. postr.

1) Cf. WOLTJER, o. l. pag. 25: „Anders [sc. atque in variis lectionibus] staat het echter met de pseudepigraphen, de geschriften met valsche titels.

aut etiam, cum plurimos clarissimosque dialogos scripsisset PLATO, alii quoque incerti alicuius vel ignoti auctoris dialogi eiusdem generis sponte huic adscribebantur.

Sed cum de hac re plane consentiant viri docti, magna quaestio est, *qui dialogi subditivi sint habendi;* in qua etiam post UEBERWEGII opus [1]) alii aliter censent. [2]) Quorum varias singillatim ponderare opiniones, nec facultatis meae nec huius operis est.

Nec disputare libet de signis notisque, quibus de dialogorum fide iudicaverint viri docti, [3]) aut a quibus normis critica ars recte adhibita proficisci debeat in hac re, examinare. [4]) Cum nihilominus quos dialogos hac in quaestione pro spuriis habiturus sim, indicare necesse sit, HERMANNI sequar indicem, quem in sexto

---

De titel van een boek toch werd buiten aan de rol aangebracht en de naam van den schrijver kwam zelden, behalve bij historieschrijvers en in brieven, in het werk zelf voor. [Cf. huius operis pag. 22 adn. 2]. En daar nu ieder boek, ook als onderdeel van een geheel werk, een afzonderlijke rol vormde en dus een afzonderlijken titel moest hebben, die, omdat hij er slechts van buiten aangehecht was, licht kon afvallen en zoek raken, is het niet te verwonderen, dat menig boek zonder titel ronddwaalde of later naar gissing een verkeerden titel kreeg [Cf. PAULY-WISSOWA i. v. Buch III, col. 959, vs. 30 sqq.]. Daarbij komt dan nog, dat, toen later de codexvorm in zwang kwam, niet zelden verschillende boeken in eenen codex verzameld werden en allicht onder een zelfden titel kwamen."

1) Untersuchungen sqq.

2) In animo habui hoc loco adicere tabulam qua significaretur quae opera a quibus viris doctis ab ipso Platone scripta esse haberentur. Attamen perspexi hoc fieri non posse, cum multi qui de hac quaestione scripserant de quibusdam dialogis iudicium tulissent, de aliis rem in medio reliquissent e. g. GOMPERZ. Ceterum multorum doctorum virorum opiniones recensuit HUIT o. l. vol. II. pag. 1—319.

3) Cf. ZELLER, Ph. d. Gr. II, 1^4, pagg. 471—474.

4) Illud tantum annotare mihi liceat, mea quidem opinione, praesertim cum de Platone agatur, in separandis veris ac subditiciis operibus non multum tribuendum esse variorum dialogorum inter se discrepantiis.

editionis Platonicae volumine addidit; a quo si discrepare cogar, suo loco commemorabo.

5. Altera quaestio ad verorum Platonis dialogorum seriem temporumque ordinem pertinet; quae eadem, cum ex diversis dialogis quid iudicet de prioribus PLATO, conquiri necesse sit,[1]) paucis hoc loco est attingenda. Difficillima haec quoque quaestio, de qua notissima est SCHLEIERMACHERI illa et HERMANNI controversia[2]) et UEBERWEG celebre suum opus scripsit ab Academia Scientiarum Vindobonensi praemio ornatum, etiam nunc nondum est ad exitum perducta.[3]) Hanc vero disputationem eatenus tantum attingit ad eamque pertinet, quatenus aliter aliis in operibus de eadem re atque eadem doctrina censere PLATONEM apparebit. Quod si ita eveniet, sententiam meam, si quam habeam, explicabo.

6. Multo plus ad argumentum habent momenti, quae de Platonis operum forma sunt dicenda. In explicandis doctrinae rationibus PLATO non solum oratione perpetua non est usus,[4]) sed

---

1) Non solum si in aliis dialogis aliter iudicat, id dubia movet, sed etiam verae cognitioni obstat, quod licet re vera sententiam non mutaverit, alius est in aliis sermonibus rerum status, aliae inducuntur personae, aliorum opiniones sunt refutandae, aliud est disputantium hominum ingenium et indoles, quo fit ut cum in variis dialogis idem dicitur, non semper necessario sit idem.

2) Cf. imprimis UEBERWEG, Untersuchungen. Erster Theil, pagg. 12—31, 37—111. Deinde CHRIST, Gr. Litt.[2], pag. 375 adn. 1.

3) De variis indiciis quibus ad dialogorum Platonicorum ordinem statuendum usi sunt viri docti, cf. CHRIST o. l. pag. 375 et ibid. adn. 3. De tota quaestione, ut de aliis, copiosissime agit ZELLER, Phil. d. Gr. II, 1[4], pagg. 487—558. Cf. praeterea G. TEICHMÜLLER, Ueber die Reihenfolge der Platonischen Dialoge. Leipzig. Köhler 1879; HUIT, II 320—380; GOMPERZ, II, 230 sqq.

4) Excipitur una Socratis Apologia, quae tamen, si in philosophiam inquiritur, non magni est momenti; itemque epistulae, si quae genuinae sunt, non ad philosophiam exponendam sunt scriptae.

sermonis[1]) formam adhibuit, verum etiam eiusmodi sermonis, in quo ipse omnino loquens non induceretur, immo vix et non nisi *ἐν παρόδῳ* commemoraretur.[2]) Itaque cum in ipsius operibus tota disputatio de eius doctrina sit aliorum,[3]) neque indicaverit, cuius ore ipse loquatur aut quem suam ipsius sententiam profitentem inducat,[4]) quaeritur, qui PLATONIS partes sustinere eiusque doctrinam docere putandi sint. Id quod difficilius interdum est ad diiudicandum, cum ne SOCRATES quidem *semper* Platonis referat opinionem, nedum hic solus.[5]) Utut est, hoc mihi

---

1) Cf. LAERT. DIOG. III, 48: *ἔστι δὲ διάλογος λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως συγκείμενος περί τινος τῶν φιλοσοφουμένων καὶ πολιτικῶν μετὰ τῆς πρεπούσης ἠθοποιΐας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων καὶ τῆς κατὰ τὴν λέξιν κατασκευῆς.*

2) Cf. GROEN VAN PRINSTERER, o. l. pag. 128: „Plato enim, qui sui mentionem rarissime et non nisi obiter (cf. Apol. Socr. p. 34 A, p. 38 B. Phaedon. p. 59 B) fecit; certe nusquam est in suis ipse libris suo nomine locutus (Wyttenb. Opusc. II, 29)...."

HERMANN, o. l. pag. 49: „Plato's ganze Einkleidungsweise seiner Gespräche, bei welcher nicht nur alle Beziehung auf die Person des Verfassers wegfällt, sondern auch alle einzelnen Züge antedatirt werden müssen ..."

pag. 33 sq.: „Diese interessante Stelle [Phaedo 59 B] ist übrigens auch die einzige in allen Gesprächen Plato's, wo dieser selbst sich unter Sokrates näheren Freunden genannt hat, wenn gleich auf eine Art, woraus wir eben nur sehn, wie geflissentlich er es vermeidet, bei irgend einer der Unterredungen, die er seinem Lehrer in den Mund legt, als Person oder auch nur als anwesend zu erscheinen, so dass wir mithin auch aus seinem eigenen Munde vergebens nach näheren Nachrichten über seinen Umgang mit jenem forschen..... Nur dass er bei Sokrates Verurtheilung zugegen war und sich nebst andern zum Bürgen anbot, wenn etwa die Richter sich mit einer Geldstrafe hätten begnügen wollen, sagt er uns noch in der Vertheidigungsrede, die er nachmals im Geiste seines Meisters für diesen geschrieben hat..."

3) Commemoratione dignum mihi videtur, in his Platonis discipulos non inveniri.

4) Id quod e. g. CICERO fecit in Laelio.

5) Cf. LAËRT. DIOG. III, 52: *καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεττάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου.*

stare videtur, in opinione aliqua, quam Platonis opera commemorant, aestimanda, semper esse quaerendum qui illam proferat et cui respondeatur. [1])

7. Sed haec omnia, etsi suam habent difficultatem, communia sunt Platoni cum scaenicae poësis operibus: in his quoque omnino non prodit in scaenam ipse poëta; in his quoque magnopere refert, quando et quo temporum ordine varia dramata scripta sint; in his quoque ut vera poetae opinio cognoscatur, sciscitandum est, quis eius vices obtineat. Illud tantum inter utriusque rationem interest, quod Platonis opera ipsius huius doctrinae aperiendae causa sunt scripta, dramatum propositum praecipuum aliud est, et hanc ob rem in Platone multo sunt molestiores illae difficultates.

At alia extat res longe maioris momenti, qua Platonis de superioribus iudicii cognitio obstructa est: Socraticam dico illam ironiam, [2]) per eius opera dispersam, quae, quamvis facetam et elegantem dicat Cicero, [3]) maxime tamen impedit, quominus vera Platonis sententia internoscatur ab iis, quae per iocum et ludum aut aliorum opiniones ludificandi causa sunt dicta. Nempe saepissime haec ita serii speciem offert, ut etiam inter eos qui omnem fere aetatem in Platonis studio consumpserint, de ea non semper

1) De dialogica forma cf. i. a. Ueberweg, Untersuchungen. Erster Theil, pag. 61, pagg. 62—70: Die Bedeutung der Form in Plato's Dialogen überhaupt; pagg. 70—78: Die verschiedenheit der Form in den verschiedenen Dialogen. — E. Norden. Die antike Kunstprosa. I. p. 103. sqq.

Zeller, o. l. II, 1[4] pag. 569—578.

2) Cf. Cicero, Acad. prior. II, 15: Ita cum aliud diceret [Socrates] atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci *εἰρωνείαν* vocant. — De *ironia* cf. G. Gerber. Die Sprache als Kunst II[2], pagg. 315—324.

3) Brutus, 292.

conveniat.[1]) Ita fit, ut ad cognoscendum PLATONIS de superioribus philosophis iudicium ironia haec imprimis sit impedimento, quin etiam invicem prae-Socraticae philosophiae cognitione opus sit, qua ipse PLATO intellegatur, praesertim cum accedat obstetricia illa SOCRATIS ars ac ratio, qua usus semper fere rogat, perpauca ipse contendit.[2])

Audias exempli gratia de Cratylo virum eruditissimum STEINTHAL:[3]) „Nun ist aber dieser Dialog ein sehr wundersames Werk, eine, wie es zunächst scheint, durchaus fratzenhafte Carricatur, die uns mit so verzerrtem Gesicht anblickt, dass man nicht weiss, ob es lacht oder weint oder ruhig ist; sein Auge schielt, und es ist schwer zu sagen, wohin es gerichtet ist, welcher Gegenstand betrachtet wird; der Ton der Stimme lässt bald auf den übermüthigsten Hohn, bald auf feine, versteckte Ironie, bald auf vollen Ernst, bald auf man weiss nicht was schliessen. So übel sind wir also gestellt! Das Werk, das uns über die Richtungen der Zeit, in der es entstanden ist, wie des Jahrhunderts, das ihm vorangeht, Belehrung geben sollte, verlangt zu seinem Verständnisse gerade

1) Cf. STALLB. ad Euthyd. 302 C: „Vides igitur eos, qui hoc Platonis loco usi sunt, argutum Socratis lusum vere non percepisse eaque re in magnos errores inductos esse. Nimirum saepenumero accidit, ut iocosi scriptorum loci pro seriis accepti immania opinionum portenta genuerint." Imprimis in dialogo qui Cratylus inscribitur haec difficultas apparet. Cf. H. STEINTHAL, Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Griechen und Römern, Berlin 1863, pag. 40, pag. 83 sq., pag. 95; SCHLEIERMACHER, Platons Werke II, 2. Cratylus, Einleitung. pagg. 5, 6.

2) Bene CICERO, Acad. I, 17: illam ... Socraticam dubitanter de omnibus rebus et nulla adfirmatione adhibita consuetudinem disserendi.

3) O. l. pag. 40.

die ausführlichste Kenntniss jener Zeiten." Haec etsi in primis ad Cratylum pertinent, de ceteris quoque dialogis dicenda sunt. PLATONIS de priorum doctrinis iudicium est illustrandum, sed illustrari et cognosci non potest hoc iudicium, nisi priorum doctrinas accurate quis teneat,[1]) et harum doctrinarum PLATONIS opera rursus primus sunt fons!

8. Rogaverit quispiam, num harum difficultatum nullam senserit PLATO nihilque de illis scripserit. Respondeo optime quidem illum sensisse, et apparere hoc ex iis, quae admodum commemoratione digna in Theaeteto[2]) scripsit, cum Theaetetum SOCRATI roganti: *ταῦτα δή, ὦ Θεαίτητε, ἆρ' ἡδέα δοκεῖ σοι εἶναι, καὶ γεύοιο ἂν αὐτῶν ὡς ἀρεσκόντων*; haec facit respondentem: *Οὐκ οἶδα ἔγωγε, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ οὐδὲ περὶ σοῦ δύναμαι κατανοῆσαι, πότερα δοκοῦντά σοι λέγεις αὐτὰ ἢ ἐμοῦ ἀποπειρᾷ.*[3]) Notandum vero est, PLATONEM hoc loco difficultatem non solvisse; nam quamvis apte quadrent ea quae sequuntur[4]) in SOCRATEM eiusque disputandi consuetu-

---

1) Cf. HERMANN o. l. pag. 132: „auch Aristoteles hat die älteren Philosophen tüchtig studirt und trägt die Beweise davon weit sichtbarer zur Schau als Plato, bei dem man nicht blos die Namen, sondern auch den Geist und die Principien seiner Vorgänger kennen muss, um sich zu überzeugen, dass und wie er sie gekannt habe".

2) 157 C.

3) Cf. praeterea SCHLEIERMACHER, Theaet. Einl. p. 126 de Theaeteto: „Ferner an mehreren Stellen offenbare Vertheidigung theils seiner indirekten Darstellungsart überhaupt, wie in der Erläuterung über die Hebammenkunst des Sokrates, theils sqq.

4) 157 C sq.: *Οὐ μνημονεύεις, ὦ φίλε, ὅτι ἐγὼ μὲν οὔτ' οἶδα οὔτε ποιοῦμαι τῶν τοιούτων οὐδὲν ἐμόν, ἀλλ' εἰμὶ αὐτῶν ἄγονος, σὲ δὲ μαιεύομαι καὶ τούτου ἕνεκα ἐπᾴδω τε καὶ παρατίθημι ἑκάστων τῶν σοφῶν ἀπογεύσασθαι, ἕως ἂν εἰς φῶς τὸ σὸν δόγμα ξυνεξαγάγω· ἐξαχθέντος δὲ τότ' ἤδη σκέψομαι εἴτ' ἀνεμιαῖον εἴτε γόνιμον ἀναφανήσεται.* Haec ad explicationem satis habet SOCRATES, nam addit: *ἀλλὰ θαρρῶν καὶ καρτερῶν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀποκρίνου ἃ ἂν φαίνηταί*

dinem,[1]) cur tamen ipse Plato in operibus ironia illa et obscura doctrinae explanandae ratione usus sit, iis, ipsis verbis quidem, non declaratur.

9. His omnibus consideratis[2]) mirum non videbitur, ante haec tempora fuisse, qui dubitarent, annon vera Platonis doctrina scriptis eius, quae aetatem tulerunt, contineretur, et praeter hanc habuisse eum arcanam quandam doctrinam suspicarentur, solis discipulis traditam; quibus dubium esset an potius dedita opera multitudini haec scripsisset, ut videns illa non cerneret, et audiens non intellegeret,[3])

σοι περὶ ὧν ἂν ἐρωτᾷ. Theaetetus autem suo iure explanatione hac contentus est: *Ἐρώτα δή*, inquit. Socrates cur agat ita ut agit, bene explicat; Plato vero cur Socratem induxerit et hanc doctrinae formam elegerit, non explicatur; eum ita fecisse, tantummodo ut Socratis disputandi rationem significaret, non est credibile.

1) Cf. Cicero, Acad. prior. II, 15: Socrates autem de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere.

2) Si de Platonis de prioribus iudicio agitur, accedit, quod ille cum rarius nominatim hos commemoret ac potius communibus utatur nominibus, tum etiam non semper eos solos impugnat quos definite nominat. Prioris rei exemplum invenitur e. g. Theaet. 181 A: *τοὺς ῥέοντας, τῶν τὰ ἀκίνητα κινούντων* (Heraclitei); *οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται* (Eleatae); Theaet. 156 A: *σκληροὺς καὶ ἀντιτύπους ἀνθρώπους* (Antisthenes eiusque familia), ibid. *ἄλλοι.... πολὺ κομψότεροι.* alia. Cf. praeterea Gruppii verba (Cult. u. Myth. pag. 614), proximo huius operis capite allata, et Herm. o. l. pag. 146.

De altera re audiatur Hermannus o. l. pag. 336: „Ausserdem liegt es in der Natur der Sache, dass Plato, auch wo er zunächst nur gegen ältere Philosophen oder Sophisten zu streiten scheint, doch auch seine eigenen Zeitgenossen und Mitschüler, insofern sie jenen nahe standen oder sich ihnen anschlossen, im Auge hat".

Cf. denique Zeller, Ph. d. Gr. I, 1[5], pag. 583: „auch Plato verbessert die Ansichten, die er bekämpft, nicht selten nach Inhalt und Fassung" ... et Stallb. ad Republ. V, 453 A: „Socrates adversariorum argumenta, quibus ipsius rationem oppugnare possint, in medium affert ita ut illorum partes suscepisse videatur."

3) Cf. Zeller, Ph. d. Gr. II. 1[4], pag. 484: „Auch von den ächten Schriften hat man nun freilich bezweifelt, dass sie uns ein treues Bild von Plato's System geben. Dieser Philosoph, hat man geglaubt, habe absicht-

et hanc ob rem qui ad nos venerint dialogi *exoterici* qui dicuntur essent putandi.[1])

Haec si vera essent, verum Platonis de prioribus philosophis iudicium ex operibus hisce enucleari non posset. Attamen post SCHLEIERMACHERUM omnes paene viri docti talem opinionem merito reiecerunt.[2]) Iis, quae cur falsa habeatur affert ZELLER,[3]) addam haec:

1°. Ipse PLATO saepissime ludibrio habet arcanam illam et secretam aliorum — sophistarum maxime — disputandi consuetudinem, qui nonnisi mercede accepta docerent, et maiora quidem maiore pecunia. Argumento sunt haec:

Theaet. 152 C: *Ἆρ' οὖν πρὸς Χαρίτων πάσσοφός τις ἦν ὁ Πρωταγόρας, καὶ τοῦτο ἡμῖν μὲν ἠνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀπορρήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγεν;* Hoc loco id ipsum irridetur, quod Platonem fecisse putant illi viri docti, quicum res mihi est hoc loco.[4])

---

lich, theils um sich dadurch wichtig zu machen, theils aus Vorsicht, den eigentlichen Sinn und Zusammenhang seiner Lehre in seinen Schriften verborgen, und ihn nur im geheimen vertrauteren Schülern aufgeschlossen."

1) Cf. e. g. UEBERWEG, Untersuchungen, pag. 8: ... „sofern TENNEMANN die sämmtlichen erhaltenen Schriften PLATO's für exoterisch und propädeutisch hält...."

2) ZELLER, l.l.: „Indessen wurde diese Vorstellung seit SCHLEIERMACHER mit Recht fast allgemein verlassen." Vide ibidem annotationes.

3) l.l. pagg. 484—487.

4) Annotat WOHLRAB in Theaeteti editione altera (Lipsiae, Teubn. 1891): „πάσσοφος h. l. Protagoras dicitur propter calliditatem, qua cum discipulis arcana placita sua communicavit, multitudini autem occultavit. Publice enim docens ad vulgarem sensum sermonemque se accommodans (exsistendi verbum retinuit), privatim (exsistentiam prorsus sustulit)......

ἠνίξατο. Protagoras perplexa oratione videtur usus esse plenaque obscuritatis. Cf. ad p. 194 C.

τοῖς δὲ μαθηταῖς. Ut aliorum philosophorum, ita Protagorae doctrina interior discipulis tradita sermonibus secreto habitis distinguitur ab exteriore et populari...." Vide tamen quae adduntur.

Idem fit Theaet. 155 D: *Χάριν οὖν μοι εἴσει, ἐάν σοι ἀνδρός, μᾶλλον δὲ ἀνδρῶν ὀνομαστῶν τῆς διανοίας τὴν ἀλήθειαν ἀποκεκρυμμένην συνεξερευνήσωμαι αὐτῶν;*

Itemque per ironiam Theaet. 155 E monet: *Ἄθρει δὴ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ*, et 156 A afferuntur *ἄλλοι... πολὺ κομψότεροι, ὧν μέλλω σοι τὰ μυστήρια λέγειν.* [1])

In Cratylo[2]) denique eorum morem, qui pro doctrina pretium exigere solebant et iis solis qui pecuniam, quantam poposcerant, dedissent, sermonibus his ut interessent concedebant, illudit, SOCRATEM haec faciens dicentem: *εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἠκηκόη παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέν σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα, πῇ ποτε τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων.* [3])

---

1) STEINHART haec ad obscuram Protagorae orationem refert: Platon's sämmtliche Werke. Uebersetzt von HIERONYMUS MÜLLER, mit Einleitung begleitet von KARL STEINHART, III. 1852, pag. 45: „nur dass er [PLATON] den, wie es scheint, etwas dunkeln und räthselhaften Ausdruck derselben[42]) [der Schrift des Protagoras] in eine klarere und schärfere Form bringt...." et ad haec adnot. 42 (o. l. pag. 208): „Vgl. S. 152. Nur in dieser Rücksicht konnte die übrigens so wasserklare und handgreifliche Ansicht des Protagoras S. 156 ein Mysterium genannt werden." Vide tamen WOHLRAB ad locum.

Cf. praeterea Gorg. 493 A, quo loco adnotat STALLB.: „Neque hoc loco (vocabulum *κομψός*) vacat irrisione, si quidem Empedocles eiusque sectatores propter obscuram docendi rationem carpuntur."

2) 384 B.

3) Cum iis quae supra dixi non pugnat id quod legitur Theaet. 180 C sq.: ... *παρὰ μὲν τῶν ἀρχαίων μετὰ ποιήσεως ἐπικρυπτομένων τοὺς πολλούς ...., παρὰ δὲ τῶν ὑστέρων ἅτε σοφωτέρων ἀναφανδὸν ἀποδεικνυμένων, ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόμοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες ..., μαθόντες δ' ὅτι πάντα κινεῖται τιμῶσιν αὐτούς κ.τ.λ.* Hoc loco non de *arcana* quadam doctrina agitur, a vulgata doctrina abhorrente, sed de externa unius doctrinae forma ac specie abstrusiore. Platonem vero non necesse habuisse, multitudinem

2°. Summus ille Socrates, quem singulari pietate colebat Plato, arcanae huius philosophandi rationis et verae doctrinae occultandae consuetudinis exemplum edidit nunquam, quippe qui sententiam suam usque quaque in publico exposuerit gratuito unicuique audire eum cupienti, *discipulos* vero admiserit vel potius retinuerit eos solos, non qui satis pecuniae penderent, sed quos ad discendum idoneos censeret et verae philosophiae capaces, denique qui ex ipsius consuetudine fructum aliquem percipere possent.[1])

3°. Si una ex parte multitudini, τοῖς ἀμυήτοις, veram Platonis doctrinam intellegere non liceret, et ab altera parte discipuli eius aliam quandam acciperent eamque arcanam disciplinam, operibus eius non traditam, quid esset aliud, cur opera haec scripsisset ille, nisi ut vulgus deciperet? Tot vero opera — hoc Zeller quoque dicit —,[2]) tanti laboris, industriae, ingenii, artis, esse

---

omnia animo comprehendere, nedum se talem orationem eligere, quam omnes recte perciperent, hoc per se intellegitur: multitudo in culpa est, Plato non est.

1) Cf. Xenoph. Mem. I, 2. 5, 6: ... *οὐ μὴν οὐδ' ἐρασιχρημάτους γε τοὺς συνόντας ἐποίει· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἔπαυε, τοὺς δὲ ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα.* (6) *Τούτου δ' ἀπεχόμενος ἐνόμιζεν ἐλευθερίας ἐπιμελεῖσθαι· τοὺς δὲ λαμβάνοντας τῆς ὁμιλίας μισθὸν ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἀπεκάλει διὰ τὸ ἀναγκαῖον αὐτοῖς εἶναι διαλέγεσθαι, παρ' ὧν ἂν λάβοιεν τὸν μισθόν.*

Item Plato in Theaeteto 151 B Socratem dicentem facit: *ἐνίοτε δέ, ὦ Θεαίτητε, οἳ ἄν μοι μὴ δόξωσί πως ἐγκύμονες εἶναι, γνοὺς ὅτι οὐδὲν ἐμοῦ δέονται, πάνυ εὐμενῶς προμνῶμαι καί, σὺν θεῷ εἰπεῖν, πάνυ ἱκανῶς τοπάζω, οἷς ἂν συγγενόμενοι ὄναιντο. ὧν πολλοὺς μὲν δὴ ἐξέδωκα Προδίκῳ, πολλοὺς δὲ ἄλλοις σοφοῖς τε καὶ θεσπεσίοις ἀνδράσι.* Cf. praeterea quae de pecunia pro institutione accipienda dicit Socrates Gorg. 520 C sqq.

2) Cf. Zeller o. l. pag. 486: „an sich selbst aber ist est durchaus unglaublich, dass sich ein Philosoph, wie Plato, ein langes Leben hindurch mit schriftstellerischen Arbeiten beschäftigt haben sollte, nicht um seine Ansichten mitzutheilen, sondern um sie zu verbergen, was doch durch Schweigen weit besser und einfacher zu erreichen war."

confecta, non quo docerentur homines, sed ut fallerentur, non quo veritas aperiretur, sed ut celaretur, quod idem multo melius tacendo fieri potuerat, praesertim cum ita parum curaret PLATO multitudinem, credat Iudaeus Apella; mihi videtur ne cogitari quidem posse.

4°. Ipsis, qui traditi sunt, PLATONIS dialogis omnino non indicari tale discrimen, consentaneum est, nec hac re ipsa per se non extitisse illud, demonstratur. Hoc vero isdem illis dialogis alio modo probari mihi videtur. Non solum tota dicendi ratio, quae in Platonis operibus invenitur, ea est, quae ad inducendos homines minime sit idonea; non solum saepissime magna contemptione commemorantur *οἱ πολλοί*, et eorum *δόξα* verae *ἐπιστήμῃ* opponitur; non solum qui summa apud multitudinem gratia atque auctoritate florebant, Sophistas, per omnes Platonis dialogos lusos videmus a SOCRATE; non solum denique philosophiae eius summa a vulgi cupiditatibus ac studiis plane abhorrebat: maioris his omnibus est momenti, quod PLATONIS opera legentes, sic adficimur, ut effluxisse ea ex ipsius mente atque indole existimemus. Cum — ut afferam exemplum — in Phaedone mors decribitur SOCRATIS, sermonesque tunc habiti tales fuisse dicuntur, quales *ἐν φιλοσοφίᾳ* versantibus SOCRATE eiusque discipulis haberi solerent,[1]) deinde vero narrantur hi sermones, indicare videtur mihi PLATO, non solum SOCRATEM, verum etiam semet ipsum[2])

---

1) Phaedon. 59 A: (PHAEDO loquitur) *διὰ δὴ ταῦτα οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰσῄει, ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι παρόντι πένθει· οὔτε αὖ ἡδονὴ ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων, ὥσπερ εἰώθειμεν· καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν κ.τ.λ.*

2) *etiam* ipsum PLATONEM; nempe revera haec ipsa, quae in Phaedone doceantur, *ita* a SOCRATE disputata esse, nemo est, quin neget.

tali modo cum discipulis disputare solitum esse, nisi forte quis scientem eum in errorem alios inducere voluisse putat. Alia ac diversa certe illum docuisse nemo iam credit.[1])

Quibus omnibus perpensis veram PLATONIS philosophiam eius dialogis non significari, vix est credibile. Scilicet omnino alia est quaestio, utrum imprimis amicis, an multitudini scripta sua destinaverit.[2]) Revera ne-

---

1) Utrum in docendo quoque forma dialogica sit usus PLATO necne, prorsus alia est quaestio, quae hic est mittenda. Cf. UEBERWEG-HEINZE o. l. pag. 155.

2) ZELLER, Ph. d. Gr. II³, pagg. 481, 482: „Und auch ihrer äusseren Abzweckung nach waren seine Schriften ohne Zweifel in erster Reihe für seine Freunde, denen er selbst sie mittheilte, nicht unmittelbar für das grössere Publikum bestimmt."

Qui tamen videtur errare haec in adnotatione (481 ¹)) sic affirmans: „Es gab ja damals noch keinen Buchhandel in unserem Sinn, wenn auch die ersten Anfänge desselben in jene Zeit zu fallen scheinen, sondern die gewöhnliche Art, eine Schrift bekannt zu machen, bestand darin, dass man sie vorlas, wie diess auch PLATO gethan haben soll (s. o. S. 364, 4). Es fragt sich, ob PLATO's Schriften vor seinem Tod schon ausserhalb seiner Schule eine grössere Verbreitung gefunden hatten. Noch nach demselben wird es HERMODOR zum Vorwurf gemacht, dass er mit platonischen Schriften Handel treibe; vgl. die unten, S. 642, 2 Aufl., angeführten Stellen."

Etsi cum hanc annotationem tum ipsa verba, quae illustrantur ea, omittere ZELLERUM in editione quarta vidi, nihilominus refutare illa non inutile visum est; quod ut faciam, liceat afferre ea quae de hac re dicit TH. BIRT, Das Antike Buchwesen in seinem Verhältniss zur Litteratur. Berlin. Hertz. 1882. Cap. IX (Das voralexandrinische Buchwesen):

pag. 432 ¹): „Im Allgemeinen bemerke ich, dass ich Schlüsse ex silentio auf die geringe Entwicklung des Buchwesens für principiell unberechtigt halte....

pag. 433: Die Texte der Dichter jener Zeiten wurden viel weniger fixirt um als Lektüre zu dienen, als um memoriert zu werden. Der Prosaist hingegen schrieb nur für Leser; wo er auftritt, ist nothwendig ein geregeltes Buchwesen vorausgesetzt; nur durch das Buch kann er sich an sein Publikum wenden. Der Leser sodann erwirbt sich das Buch durch Kauf. Zwischen ihm und dem Autor ist der Bibliopola der nothwendige Zwischenträger, und dieser wird

que multitudini scripsit, quae eum non intellegeret,

---

für die Jahre 432 bis 425 zuerst bezeugt. Sofern er für die Anfertigung der Exemplare sorgt, heisst er auch *βιβλιογράφος* ...

pag. 434: Vor 400 begegnen wir ferner schon der Bibliothek....

Das Publikum des Autors ist unbegrenzt gross gedacht und geht weit über Athen hinaus. Den Inhalt der Schriften eines Anaxagoras kennt Jedermann: das Bücherlesen war also in Athen etwas ganz gewöhnliches. Wir finden die Bibliopolen geschäftig, Bündel (*δέσμαι*) von Isokratesreden in Umlauf zu setzen. Niemand als sie kann auch den ausgedehnten Versand besorgt haben. Neben (pag. 445) Bänken, Kästchen und anderen gewöhnlichen Dingen gehören Lesebücher nach XENOPHON zur, gewiss regelmässigen, Schiffsladung der Kauffahrer, die damit in den Pontus hinaufgehen.

Das Manuskript des Autors erfuhr also schon damals regelmässige Vervielfältigung; der Gegensatz von Abschrift und Autographum muss mithin derselbe wie in späterer Zeit gewesen sein; der Begriff der Edition (s. Kap. VII) war in Athen vollkommen vorgebildet. Diess exemplificirt sehr schön ISOKRATES, wenn er ansteht seinen Panathenaicus zu „publiciren" (*φανερὰν ποιῆσαι, διαδιδόναι*). Für PLATO scheint HERMODORUS das Technische der Publikation, d. h. den Verlag übernommen zu haben...."

Denique ad haec pag. 435 [3]): „HERMODOR heisst bei SUIDAS *ἀκροατὴς* PLATO's. Ihn denkt sich CICERO jedenfalls zu PLATO in ganz demselben Verhältniss, wie es ATTICUS zu CICERO hatte, wenn er ATTICUS fragt: *placetne tibi libros De finibus edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat is, qui Platonis libros solitus est divolgare* (ad Att. XIII 20, 4). Der Vers *Λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται* (Suid.) scheint zu verrathen, dass dies Verlagsverhältniss in der Komödie besprochen wurde. Der Mann hatte vielleicht von dem Handel grosse Einnahme, ohne doch Plato davon abzugeben."

Singula haec singula ZELLERI verba refutant. Cf. praeterea DZIATKO in PAULY-WISSOWA s. v. Buchhandel 974, 43 sqq.

Imprimis BECKER-GÖLL, Charikles II, pag. 160 sqq. eorum redarguit opinionem, a quibus „gegen das Bestehen von Privatbibliotheken vor Aristoteles und mehr noch gegen den Betrieb jeder Art von Buchhändlergeschäft mehrfache Zweifel erhoben worden sind," quorum familiam ducat BÖCKHIUS: „Einer unserer ersten Alterthumskundigen (Böckh. Staatshaush. B. I, S. 68 f.) hat dem Buchhandel noch zu PLATO's Zeit sehr enge Gränzen gesteckt, und seine Autorität ist hinreichend, um Andere jeden Gedanken an einen solchen abweisen zu lassen...."

Postquam prius in universum hanc opinionem veri similem non esse demonstravit, deinde de variis disputat argumentis quae ostendere dicantur, „dass in PLATO's Zeit Handel mit Büchern ungewöhnlich und auffallend gewesen sei."

neque veram suam doctrinam multitudinem celare studuit. Multitudinem parum curavit.

Multa praeterea de proverbio illo a SUIDA tradito agit, quorum summa est haec: „so lassen sich gar viele Möglichkeiten auffinden, weshalb dem Hermodoros der Handel mit fremden Schriften nicht als solcher, sondern wegen der Weise, wie er ihn trieb, aufgestochen werden konnte."

Notabilia denique sunt BEKKERI verba (pag. 175): „Man kann hieraus abnehmen, dass die Buchhändler auch dadurch Käufer anzulocken suchten, dass sie in ihren Lokalen Stücke aus ihren vorräthigen Werken vorlasen."

Quod ad bibliothecas cf. praeterea PAULY-WISSOWA i. v.: IV. Griechische Bibliotheken voralexandrinischer Zeit (III. coll. 408, 409), qui ante Alexandrinorum aetatem bibliothecas fuisse concedit, licet parvi eas momenti fuisse dicat, et DAREMBERG et SAGLIO i. v., qui tamen de prae-Alexandrinis bibliothecis nihil fere afferunt.

Diiudicare, quaenam philosophorum *opera* ipse in manibus habuerit PLATO, huius loci non est. Iam diu vero ante Platonem imprimis philosophorum placita litteris mandata esse, a PAULY-WISSOWA i. v. Buch III. col. 942 vs. 20 sqq. adnotatur: „Seit dem Anfang des 6 Jhdts. hat es indes litterarische Werke gegeben, wie die theosophischen Epen der Orphiker und die Lokalgeschichten der Logographen, vielleicht auch philosophische Dichtungen und Prosaschriften, die alle für den mündlichen Vortrag nicht recht geeignet scheinen und daher eher an eine Lectüre in schriftlich sicher gestellter Fassung denken lassen ... Wirklich populär wurden B. erst im 5 Jhdt., als der mächtige geistige Aufschwung Athens in Kunst und Litteratur auch beim Publikum ein lebhaftes Verlangen nach den neuesten Geisteserzeugnissen entfacht hatte, dem die Gelegenheit des Hörens nicht mehr genügte."

In ipsius PLATONIS operibus saepius de libris est sermo: Phaedon. 97 B et 98 B Anaxagorae commemoratur *βιβλίον*, quod SOCRATES *πάνυ σπουδῇ λαβὼν .. ὡς τάχιστα οἷον τ' ἦν ἀνεγίγνωσκε*. Idem SOCRATES Apolog. 26 D Meleto accusatori vitio dat quod is ita litterarum expertes esse iudices putet, ut quid Anaxagorae Clazomenii libris contineatur, nescire illos arbitretur.

In Theaeteto (143 A) EUCLIDES narrat, se sermonum quorundam, a Socrate habitorum, statim ut domum venisset, commentarios sibi consignavisse, postea autem per otium totos atque integros fere conscripsisse illos sermones. Itaque servum librum sumere iubet et recitare.

Item in Parmenide (127 C) sermo est de ZENONIS opere, quod ipse recitat.

Denique Republ. II 364 E librorum quorundam sacrificalium *turba* afferri dicitur (*βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι κ.τ.λ.*), et Phaedon. 266 D legitur: *ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς περὶ λόγων τέχνης γεγραμμένοις*.

Cf. praeterea Phaedr. 230 D, 235 D, 243 C; Symp. 177 B; Phileb. 38 E.

Eodem sunt referenda quae de aliorum philosophorum scriptis a Platone

Utut est, de eiusmodi discrimine, quale commemoravi, omnino sermonem non esse in PLATONIS philosophia, satis constare mihi videtur. Genuinam doctrinam atque opinionem scriptis suis, quae ad nos pervenerunt, comprehendit PLATO; quae, licet magna contentione, ex his cognosci potest, dummodo recta cognoscendi via ac ratio ineatur.

10. Cum ab hac parte igitur nihil sit, quod quominus vera PLATONIS cognoscatur sententia obstet, minime tamen omnes difficultates sunt sublatae. Etiamsi ipsum Platonis iudicium cognosci possit, iam quaeritur, utrum rectum sit hoc iudicium necne. Quodsi vero cum in definiendis temporibus,[1]) tum in describendis priorum doctrinis multum arti et orationi concessisse videtur PLATO ac nonnunquam poëtarum quadam usus esse licentia, non absurdum est, quod interdum quaeri solet, ***num ex Platonis operibus vera prae-Socraticae philosophiae cognitio peti possit*, *num saltem recte de illa hic iudicaverit.*** [2])

---

paratis narrantur. Cf. pag. 2 adn. 5; praeterea HERM. o. l. pag. 275 adn. 8, ZELLER, Ph. d. Gr. II, 1⁴, pag. 410 adn. 2.

De iis, quae in DAREMBERG et SAGLIO i. v. *librarius* inveniuntur, disputare necesse non habeo.

De variis librorum pretiis denique cf. BIRT, o. l. pag. 434 adn. 4, PAULY-WISSOWA i. v. Buchhandel (III. col. 975 vs. 47 sqq.).

Haec omnia cum ad sequentia illustranda non parvi fore momenti putem, paulo uberius tractavi.

1) Cf. ZELLER, Ueb. d. Anachronismen in den platon. Gesprächen, Abh. d. Berl. Akad. 1873, hist.-phil. kl., pag. 79 sqq.

2) Exempli causa affero ea quae dicit HERMANNUS o. l. pag. 299 adn. 155: „Hier entsteht freilich die Frage, ob PLATO's Schilderungen der Sophisten treu seyen, worüber namentlich die abweichenden Meinungen von Garnier in den Mem. de l'Acad. d. Inscr. T. XXXII, p. 156 und Barthélemy Voy. du jeune Anach. Ch. 58, T. IV, p. 285, zu vergleichen sind; aber so richtig auch Letzterer behaupten mag, dass wir unser Urtheil nicht dürfen durch PLATO's Beispiel bestimmen lassen, so sind doch" sqq.

Cf. ZELLER, Ph. d. Gr. I, 2⁵ pag. 1095.

Arbitror hanc quoque quaestionem opere hoc esse tractandam, dirimi vero non posse, nisi quid de philosophis illis dicat PLATO, constet, et deinde hoc cum iis, quae aliunde de his sint nota, comparetur.

11. B. Quod ad philosophos qui Platonem antecedunt. Opus est igitur prae-Socraticorum philosophorum cognitione. Hic vero nescio annon recte supra dixerim, ampliorem nos illorum habere notitiam quam PLATONEM. Certe non minores paene dicam praebent difficultates quam ipse PLATO. Nempe cum huius ipsa saltem scripta ad nos pervenerint, priorum philosophorum placita nonnisi ex reliquiis, apud alios servatis, aut ex iis, quae de illis commemorant alii, nota sunt.[1]) Ex istis autem ii, qui post PLATONEM et ARISTOTELEM fuerunt, spuria tradunt nonnunquam, atque illorum doctrinas non raro parum perspexerunt ideoque perverse saepe interpretati sunt aut etiam perverse rettulerunt. Praeterea de plurimis eorum — ne dicam de omnibus — dubitari licet, utrum ipsis de quibus agunt philosophorum operibus usi sint, an iis, quae alii ex his excerpserunt aut commemoraverunt.[2]) Restant igitur cognitionis

1) Cf. BÖCKH, Encyclop. pag. 579: „Die Schriften der Philosophen sind die unmittelbaren Quellen für ihre eigene Lehre. Xenophon's, Platon's und Aristoteles' Werke sind aber zugleich die zuverlässigsten historischen Quellen für die Geschichte der frühern Systeme, da von den frühern Philosophen nur Fragmente erhalten sind."

GOMPERZ, Griechische Denker I pag. 422: „Die ganze vor-sokratische Philosophie bildet eih einziges Trümmerfeld."

Cf. H. DIELS, Doxographi Graeci. Berolini MDCCCLXXIX.

2) Cf. e. g. de arte linguistica, quae dicitur, STEINTHAL o. l. pag. 39: „Wie uns überhaupt die vorplatonische Philosophie der Griechen nur in Bruchstücken ihrer Denkmäler und in den Berichten der spätern Denker über sie erhalten ist, so auch ihre Ansicht von der Sprache. Hier sind

prae-Socraticorum fontes PLATO et ARISTOTELES.[1])

At si iis credimus, qui huic quoque fidem derogant eiusque iudicium non rectum esse dicunt,[2]) saepe solus PLATO proprie superest, ex cuius operibus priorum doctrinae cognoscantur; quod etiamsi nimium dictum esse videatur, hoc tamen stat, PLATONIS opera prae-Socraticae philosophiae esse antiquissimum et gravissimum fontem. At supra vidimus, ad Platonem intellegendum huius philosophiae cognitione opus esse! Cognoscitur autem ex Platone maxime! Platonis opera praecipuus priorum doctrinas cognoscendi fons sunt. At inquirendum est, *utrum* fons putanda sint necne! Igitur PLATO ad PLATONIS normam est dirigendus! Sic, ut fit in philologia, in disquisitione eodem revolvimur.

Accedit, quod quo minora et pauciora fragmenta aetatem tulerunt quoque magis haec sparsa sunt atque disiecta et extra orationis quasi contextum posita, eo magis de illorum interpretatione discrepant viri docti eoque plura ac magis diversa de iis sunt scripta, id quod perturbationem auget.

12. Sed de hisce rebus plura dicere non est in animo; indicasse sufficit. Alia est res mihi animadvertenda. Difficultas scilicet, quam de Platone agens

---

wir namentlich auf die Angaben der Scholiasten angewiesen. Diese Männer aber, Proklos zu Platons Kratylos und Ammonios zu Aristoteles *περὶ ἑρμηνείας*, sind aus äusseren und inneren Gründen völlig unfähig ein wahrhaftes historisches Zeugniss über die alte, vorattische Philosophie abzulegen. Sie haben schwerlich die alten Schriftstücke eines Heraklit und Demokrit noch vor Augen gehabt; sie haben aus secundären Quellen geschöpft. Sie hatten aber noch weniger die gehörige Fähigkeit des Verständnisses . . ."

1) XENOPHON quod ad hos non multa affert.

2) Cf. pag. 17, adn. 3.

commemorare iam poteram, multo magis premit in prae-Socraticis philosophis tractandis: eorum doctrinae quo integrae minus minusque continuae ad nos pervenerunt, eo maius est periculum, ne, recentioris philosophiae placitis, notionibus, artis vocabulis ducti, supponamus iis sententias, quas nunquam docuerint nec docere potuerint.

Inter illorum aetatem et tempora nostra plus viginti sunt saecula; per quae mentes humanae longius sunt progressae saepe, interdum regressae; per quae notiones, philosophorum propriae, prodierunt permultae, evanuerunt, vim mutaverunt; quibus denique totius mundi facies velut transformata est religione Christiana.

Ita intellegitur, cum multa, quae docuerunt Graeci, a nobis aut minus perspici aut eiusdem non aestimari, tum vero facile nos nostra cogitata illorum doctrinis subicere. Causa igitur est cur caveamus.[1])

---

1) Cf. e. g. de religione ac mysteriis Graecis ERWIN ROHDE, Psyche,[1] pag. IV: „Wo litterarische Aussagen und Andeutungen nns im Stich lassen, stehen wir der griechischen Religion und ihren innersten Motiven nur ahnend gegenüber. Es fehlt ja nicht an Solchen, die aus dem eigenen wackeren Herzen und dienstwilliger Phantasie uns allen gewünschten Aufschluss heraufholen zu können sicher sind; oder die dem alten Götterglauben zu rechter Verdeutlichung die Regungen christlicher Frömmigkeit mehr oder weniger harmlos unterschieben. Hiebei wird beiden Religionsweisen Unrecht gethan, und ein Erfassen des inneren Sinnes griechischer Gläubigkeit nach seiner selbständigen Art vollends unmöglich gemacht. Besonders an dem, mehr selbst als er verdiente von der Aufmerksamkeit der Religionsforschung bevorzugten Punkte einer Verschmelzung der Götterverehrung und des Seelenglaubens, den Eleusinischen Mysterien, hat sich die vollkommene Unerspriesslichkeit der Unterschiebung wechselnder Gedanken oder Stimmungen moderner Welt und Cultur, für die Aufhellung des inneren Lebenstriebes dieser bedeutungsvollen Culthandlungen wieder und wieder gezeigt. Besonders an diesem Punkte hat die gegenwärtige Darstellung darauf verzichtet, durch Hineinstellung eines selbst-

13. C. Quod ad universam quaestionem denique iuxta id quod postremo animadverti, hoc praecipue providendum mihi videtur, ne aut externa quadam specie inducamur, ut inter PLATONEM et priores similitudinem aliquam sive nexum et convenientiam statuamus, aut iure statuto tali consensu, necessario ex his illum hausisse concludamus. Nam cum facile fieri possit, ut primo quidem obtutu similitudinem aliquam adesse putemus, deinde autem acri animo et attento intuentes, aut omnino non extare illam, aut tam communem ac tritam esse comperiamus, ut colligi inde quidquam non liceat, — tum vero etiamsi iure similitudo sit statuta, omnino non sequitur necessario, ut ex prioribus PLATO hauserit, cum et hic et illi eodem fonte nobis ignoto usi esse possint. Quam ob causam multas haec quoque res habet cautiones.

14. III. Omnes has difficultates evitari aut vinci non posse, facile intellegitur. Multum tamen ad eas sublevandas recta via ac ratio proficit. De qua quae iam dicenda erunt, paucis absolvuntur.

1°. In universum assentiendum est BÖCKHII verbis:[1] „Die Geschichte der Philosophie hat keine andere Methode als die Geschichte überhaupt."

gegossenen Lichtleins über das ehrwürdige Dunkel einen zweideutigen Flackerglanz zu verbreiten. Es wird nicht geleugnet, dass es hier, und so in antiker εὐσέβεια an vielen Stellen, ein Tiefstes und Bestes gab, das unserer Erkenntniss sich entzieht. Aber das aufklärende Wort, niemals aufgezeichnet, ist uns verloren. Besser als in modernen Schlagworten ein Surrogat zu suchen, ist die schlichte Hinstellung der uns bekannten äusseren Erscheinungen griechischer Frömmigkeit in der scheinbaren Kälte ihrer Thatsächlichkeit." Is qui sciat quam arte prae-Socraticorum sapientia et philosophia PLATONIS cum religione cohaereant, in utramque egregie cadere haec ROHDII verba libenter concedet.

[1] Encyclop. pag. 585.

Deinde vero haec tenenda:

2°. Ut ne reiiciantur ea, quae tradita sunt, nisi falsa esse dilucide sit demonstratum.[1])

3°. Ut proficiscamur ab iis locis, ubi ipsius PLATONIS exponi opinionem plane constet, et nonnisi his tractatis ad dubia veniamus.

4°. Item ut proficiscamur ab iis locis, quibus ironiam aut inesse aut non inesse probe sciamus.

5°. Ut ne ex singulis vocibus philosophi, minime vero PLATO, spectentur, sed ex perpetuitate atque constantia.

6°. Ut ne recentiores notiones veterum doctrinis subiiciantur.

7°. Denique ut ne temere PLATONEM ex superioribus hausisse aut etiam de superioribus dicere statuatur.

In tota quaestione autem primum quaeritur, quid ex superiorum philosophorum operibus laudet PLATO et quid de his iudicet; deinde iudicium hoc accuratius est explicandum et ex historia illustrandum; denique quid de iudicio Platonis censeamus, statuendum est. Ad hoc tamen moneo, tantum si PLATO aut

---

1) Cf. WOLTJER, o. l. pag. 10: „grondslag der kritiek is de betrouwbaarheid der overlevering."

pag. 25: „Van opzettelijke vervalsching en bedrog als oorzaak der verschillende lezingen in handschriften van hetzelfde werk mag dus de kritiek niet als onderstelling uitgaan; de regel is, dat de afwijkingen en fouten door onbewuste afdwaling van oog en oor zijn ontstaan."

pag. 30: „dat het... de plicht van den philoloog is om zich eerst geheel aan de overlevering over te geven, en door die overgave haar te verstaan, tot haar eigenlijken zin en bedoeling door te dringen, dat het hem dus niet past aan zijne subjectieve opvatting den teugel te vieren; aan zijne vindingrijkheid en vernuft vrij spel te laten, maar dat hij alleen op zeer vaste, ja onwrikbare gronden van haar mag afwijken."
Omnino artis criticae, quas sequor rationes, hoc opere continentur.

minus recte laudet vel minus vera commemoret, aut minus recte iudicet, me id dicturum esse.[1])

15. Iam restat, ut de iis dicam qui de argumento hoc ante me egerunt. Opera quibus in ipsa disquisitione usus sum, omnia hic deinceps enumerare necesse non habeo; suis locis in calcibus paginarum singula indicabo; item si quas varias PLATONIS operum editiones adhibuero.

Quod ad prae-Socraticos philosophos gaudeo quod DIELESIUS[2]) eorum fragmenta collecta quae Parmen. pag. 4 se editurum esse promiserat, in lucem emisit, antequam opus meum praelo mandarem, itaque hac editione uti potui, cum MULLACHII opus[3]) hodie non iam sufficiat; tamen hoc quoque interdum laudare cogar.

Nec de iis libris copiosius disputare opus esse existimo, qui id agant, ut Platonicae philosophiae originem exponant, quos plurimos esse iam dixi.[4])

---

1) Optime conferuntur, quae in opere suo: „Das Problem der Materie in der Griechischen Philosophie" scribendo, petivisse se dicit C. BAEUMKER (pag. VIII sqq.):

„Innerhalb der so durch die Natur der Sache angeratenen Grenzen habe ich ein Vierfaches erstrebt.

1⁰. Zunächst galt es, den Thatbestand im einzelnen festzustellen.....

2⁰. Zweitens habe ich mich bemüht, den innern Zusammenhang und die logische Gliederung der einzelnen Theorien scharf herauszuarbeiten....

3⁰. [Dann] musste ich an dritter Stelle die historischen Bedingungen der einzelnen Systeme und die gegenseitigen Beziehungen zwischen ihnen klarzustellen trachten.

4⁰. Eine (historische und) sachliche Kritik [zu üben].

2) Die Fragmente der Vorsokratiker, Griechisch und Deutsch von HERMANN DIELS. Berlin. Weidmann 1903.

3) MULLACH, Fragmenta Philosophorum Graecorum. Parisiis. Didot. MDCCCLXVII.

4) Cf. tamen pag. 4 adn. 3. Facile praeterea intellegitur, cum duae hae quaestiones arte cohaereant saepius me hisce operibus usurum esse.

Ea vero opera, quae ad ipsam pertinent quaestionem, plerumque aut breviter tantum vel strictim eam attingunt, aut partim tractant, aut denique alio modo rem perspiciunt. Quorum praecipua sunt haec:

G. GROEN VAN PRINSTERER. Platonica Prosopographia, sive expositio iudicii, quod PLATO tulit de iis, qui in scriptis ipsius aut loquentes inducuntur, aut quavis de causa commemorantur. Lugduni Batavorum MDCCCXXIII (disputatio inauguralis).

Huius operis Partis Alterius[1]) capite primo agitur de Philosophis, et quidem: 1°. de Socraticis,[2]) 2°. de Pythagoreis, 3°. de Eleaticis;[3]) capite secundo de Sophistis, et quidem 1°. De iis, qui eximie dicuntur Sophistae, 2°. De Sophistis, qui in primis eloquentiae studia prae se ferebant.

Tres vero ob causas consentaneum est etiamsi alia non accederent, opus hoc, pro sua aetate et suo proposito egregium, quaestioni huic non sufficere: 1°. duo de quibus diximus capita continentur paginis 75 (44—118) non nimis magnis;[4]) 2°. primo

---

1) Inde a pagina 43. Titulus tamen inscriptus est huic parti: De Socratis et Platonis Aequalibus. In parte priore qua de iis, qui Socratem aetate antecesserunt, agitur, philosophi quoque tractantur illi quidem, nec tamen a poëtis aliisque separantur, sed promiscue commemorantur. Duarum harum partium distinctionem spinosam esse ex eo apparet, quod e. g. in parte altera Parmenides, in priore Anaxagoras, Empedocles, Heraclitus tractantur.

2) Duae fere praemittuntur paginae (44—46), quibus de philosophis in universum dicitur.

3) Pag. 46 cur maxime hi tractentur causa indicatur: „Quandoquidem autem tres fuerunt ea aetate maxime insignes familiae philosophorum, separatim agendum est de iis: suam igitur quique sectionem, Socratici, Pythagorei, Eleatici habebunt."

4) Etiam prior illa pars, in qua de philosophis parum est sermo, nondum quadraginta obtinet paginas (6—42).

loco agitur de Platonis *aequalibus*, non de iis qui eum antecesserunt (cf. pag. 3); 3°. homines praecipue tractat, non doctrinas (cf. inscriptio altera).

K. Fr. Hermann. Geschichte und System der Platonischen Philosophie, Erster Theil, die historisch-kritische Grundlegung enthaltend. Heidelberg 1839. Zweites Buch. Plato's Vorgänger und Zeitgenossen in ihrer Bedeutung für seine Lehre.[1]) Ad disputationem meam pertinent capp. I—X; quorum sunt argumenta haec:

Cap. I. Plato's Stellung in der Geschichte der griechischen Philosophie.

Cap. II. Allgemeine Classification der wissenschaftlichen Entwickelung bis auf ihn.

Cap. III. Die Naturphilosophie.

Cap. IV. Die Atomiker und Anaxagoras.

Cap. V. Die Pythagoräer.

Cap. VI. Die Eleaten.

Cap. VII. Uebergang zur Sophistik.

Cap. VIII. Die Zeit in ihrer Geistesverwandtschaft mit der Sophistik.

---

1) Alia est inscriptio, ipsi libro secundo praemissa (pag. 127): „Zweites Buch. Plato's Verhältniss zu dem philosophischen Standpuncte seiner Zeit und Einfluss dieses auf seine Lehre." In altera hac inscriptione distincte discernuntur duae illae quaestiones, de quibus initio dixi: prior pars ad meam pertinet disputationem, ad Platonis philosophiae originem altera; de hac origine autem in Hermanni opere maxime agi mihi videtur. Cf. e. g. pag. 145: „Ueber die ältesten Stufen dieser Entwickelung brauchen wir freilich nicht in's Einzelne einzugehen, da Plato, wo er auch auf die kosmologischen und physiologischen Meinungen der früheren Philosophen zu sprechen kommt, so geringschätzend und wegwerfend darauf herunterblickt, dass man denselben gar keinen directen Einfluss auf die spätere Gestaltung seines Systems beimessen kann."

Cap. IX. Die einzelnen Erscheinungen der Sophistik.
Cap. X. Wissenschaftliche und culturgeschichtliche Bedeutung der Sophistik.

A. J. AF SILLÉN, Platonis de antiquissima philosophia testimonia. Upsala 1880, quo opere tamen quae tractentur ignoro, cum frustra acquirere conatus sim.

M. SCHANZ. Beiträge zur vorsokratischen Philosophie aus PLATO. Cuius operis nisi fallor non nisi prima pars qua de Sophistis agitur, in lucem edita est. Ceterum ex ipsa inscriptione apparet magis ad prae-Socraticos quam ad PLATONEM illustrandos scriptum esse hunc librum. [1])

Ea opera, quae de singulis huiusce quaestionis partibus agunt, suis locis commemorare praestat.

Itaque iam quae de huiusce disputationis proposito, finibus, difficultatibus, methodo dicenda erant, habeant hunc terminum.

---

1) Addenda sunt: E. ZELLER, Plato's Mittheilungen über frühere und gleichzeitige Philosophen (Arch. f. Gesch. d. Philos. V, 2. 1897. pagg. 165—184), ad quam disputationem saepius recurram.

HANS RÆDER, Platon og hans Forgjængere (Studier fra Sprog- og Oldtidsforsking, udgivne af det Philologisk-historiske Samfund Nr. 47. København. 1900 (32 pagg.).

CAPUT SECUNDUM.

QUO QUID DE TOTA QUAESTIONE IPSE CENSEAT PLATO, QUIQUE PHILOSOPHI SINGILLATIM TRACTANDI SINT, INVESTIGATUR.

1. Consideratis iis, quae huiusce disputationis initio attulimus, veterum testimoniis, quibus de ratione quae PLATONI intercedat cum antecedentibus philosophis dicitur, maximeque iis, quae de aliorum philosophorum libris, a PLATONE paratis, agunt, perspicuum iam est multum hunc tribuisse veterum doctrinarum cognitioni. Rogatur vero, apertene quoque quid de priorum doctrinis cognoscendis censeret in operibus indicaverit ille. Qua de quaestione pauca sunt mihi dicenda. Duplex est illa, cum et examinandum videatur an de Platonis sententia dialogis eius tradita, veterum cognoscere doctrinas opus sit, et hoc affirmato quaeratur, quem ad finem opus sit.

Gravissimus locus et in quo tota PLATONIS de hac re sententia cernitur, est Theaet. 157 C, quo loco haec Theaeteto dicit SOCRATES: . . . *σὲ δὲ μαιεύομαι καὶ τούτου ἕνεκα ἐπᾴδω τε καὶ παρατίθημι ἑκάστων τῶν σοφῶν ἀπογεύσασθαι*[1]) *ἕως ἂν εἰς φῶς τὸ σὸν δόγμα ξυνεξαγάγω·*

1) SCHLEIERMACHER in interpretatione Germanica (Platons Werke, II, 1[3] pag. 150): „Dir aber will ich Geburtshülfe leisten, und deshalb be-

ἐξαχθέντος δὲ τότ' ἤδη σκέψομαι εἴτ' ἀνεμιαῖον εἴτε γόνιμον ἀναφανήσεται. Idcirco igitur Theaeteto aliorum sapientiam degustandam apponere dicitur SOCRATES, ut in lucem producat sententiam illius. Nec vero hac re contentus est: ea producta spectabit, inanis an nativa reperiatur.

E quibus facile haec PLATONIS sententia excutitur: ad veritatem cognoscendam aliorum opiniones examinare opus esse.

Idem dicitur Phaedr. 274 B, ubi rursus SOCRATES loquitur: *Ἀκοήν γ' ἔχω λέγειν τῶν προτέρων, τὸ δ' ἀληθὲς αὐτοὶ ἴσασιν. εἰ δὲ τοῦτο εὕροιμεν αὐτοί, ἆρα γ' ἂν ἔθ' ἡμῖν μέλοι τι τῶν ἀνθρωπίνων δοξασμάτων*; hoc est: cum verum nesciamus, ideo aliorum quoque opiniones audiendae sunt, quippe quae ad cognoscendum illud afferant aliquid.

---

spreche ich dich und lege dir zu kosten vor von allerlei Weisheit, bis ich endlich auch deine Meinung mit ans Licht bringe.

Idem fere MÜLLER (Platon's sämmtliche Werke. Uebersetzt von HIERONYMUS MÜLLER, mit Einleitungen begleitet von KARL STEINHART. III, pag. 122).

AST (Platonis quae exstant opera II pag. 47): „(me) .... tibi vero opem ferre obstetriciam et idcirco incantare atque sapiens quidvis apponere degustandum."

Vides, interpretes hosce *τῶν σοφῶν* interpretari genetivum a *τὰ σοφά*, quod idem, quamquam masculinum esse posse concedo, mihi quoque videtur. Nam primo, cum huiusce loci dicendi genus sumptum sit a cibis aliisque rebus, hospiti appositis (cf. e. g. HOM. Odyss. α, 192: *ἥ οἱ βρῶσίν τε πόσιν τε παρτιθεῖ*), venustior ita est comparatio; deinde vero etiam rectior est ea interpretatio, cum non gustentur *σοφοί*, sed *τῶν σοφῶν δόγματα* (quod idem significant verba *τὰ σοφά*.) Optime confertur Protag. 325 E: *παρατιθέασιν αὐτοῖς ... ἀναγιγνώσκειν ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα.*

Ceterum locutio *τὰ σοφά* alibi quoque invenitur: cf. Protag. 312 C: *ὁ τῶν σοφῶν ἐπιστήμων*, EUR. Iph. A. 1214: *τἀπ' ἐμοῦ σοφά*, *sapientia mea;* cf. praeterea SOPH. Phil. 1244, EUR. Bacch. 480, ipsius PLATONIS Cratyl. 402 A: *Τὸν Ἡράκλειτόν μοι δοκῶ καθορᾶν παλαί' ἄττα σοφὰ λέγοντα.* Addere *δογμάτων*, ita ut legatur *τῶν σοφῶν δογμάτων*, necesse non videtur: *τὰ σοφά = τὰ σοφὰ δόγματα = τὰ τῶν σοφῶν δόγματα.*

Dubito, utrum *ἑκάστων* sit adiectivum ad *τῶν σοφῶν*, an *τῶν σοφῶν* gen. part. ad *ἑκάστων*; sententia eodem fere redit.

Ipsam vero veritatem saepe nesciri, aliis quoque locis a SOCRATE dicitur: Phaedon. 114 D: *Τὸ μὲν οὖν τοιαῦτα διισχυρίσασθαι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα, οὐ πρέπει νοῦν ἔχοντι ἀνδρί . .* [1])

Itaque cum ipse saepe proferre se dicit quae ex aliis audiverit: Phaedon. 61 D: *ἀλλὰ μὴν καὶ ἐγὼ ἐξ ἀκοῆς περὶ αὐτῶν λέγω· ἃ μὲν οὖν τυγχάνω ἀκηκοώς, φθόνος οὐδεὶς λέγειν.* Cf. Menon. 81 A: *ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα,* Phaedr. 274 B: *ἀκοήν γ'ἔχω λέγειν τῶν προτέρων κ.τ.λ.* [2]); tum aliorum opiniorum cognoscendarum cupidissimum et fuisse se et esse profitetur, dummodo verum cognoscat: cf. Phaedon. 99 C: *ἐγὼ μὲν οὖν τῆς τοιαύτης αἰτίας, ὅπῃ ποτὲ ἔχει, μαθητὴς ὁτουοῦν ἥδιστ' ἂν γενοίμην,* [3]) Cratyl.

---

1) Aliud est, cum dicit SOCRATES nihil se scire, quod aut ad eius interrogandi, nihil fere affirmandi consuetudinem spectat, aut per ironiam dictum est. Cf. e. g. Theaet. 150 C: *ἐπεὶ τόδε γε καὶ ἐμοὶ ὑπάρχει, ὅπερ ταῖς μαίαις· ἄγονός εἰμι σοφίας, καὶ ὅπερ ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἐρωτῶ, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρίνομαι περὶ οὐδενὸς διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν σοφόν, ἀληθὲς ὀνειδίζουσιν.*

Cratyl. 384 B: *εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἠκηκόη παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέν σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα, πῇ ποτε τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων. συζητεῖν μέντοι ἕτοιμός εἰμι καὶ σοὶ καὶ Κρατύλῳ κοινῇ.*

2) Nihil refert id quod ad Phaedr. 235 B adnotat STALLBAUM de consueta Socratis ironia, „qua aliis tribuit sua, veluti Sympos. c. X, ubi se a Diotima accepisse simulat *τὰ ἐρωτικά*, quae tamen ipse excogitavit." Ceterum simile quid dicit STALLBAUM ad Republ. lib. IX pag. 583 B: „Verba, *ὡς ἐγὼ δοκῶ μοι τῶν σοφῶν τινὸς ἀκηκοέναι*, nisi fallor, ad Philebum ipsius Platonis referenda sunt."

3) Supra narraverat SOCRATES, in investigandis rerum causis audivisse se recitantem quendam *ἐκ βιβλίου τινός, ὡς ἔφη Ἀναξαγόρου . . ., ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος*, quo audito valde se laetatum esse. Deinde iis quae sperabat fore ut ab illo acciperet commemoratis *ταῦτα δὴ λογιζόμενος*, inquit, *ἄσμενος εὑρηκέναι ᾤμην διδάσκαλον τῆς αἰτίας περὶ τῶν ὄντων κατὰ νοῦν ἐμαυτῷ* . . . . itaque avidus libros sumpsit: *καὶ οὐκ ἂν ἀπεδόμην πολλοῦ τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ πάνυ σπουδῇ λαβὼν τὰς*

428 B, quo loco Cratylo dicit SOCRATES: *ἐὰν οὖν λέγῃς τι κάλλιον, ἕνα τῶν μαθητῶν περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων καὶ ἐμὲ γράφου*[1]); denique 413 A: *ἅτε λιπαρὴς ὢν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα μὲν πάντα διαπέπυσμαι ἐν ἀπορρήτοις κ.τ.λ.* et cum veterum effatis ea quae ipse dicit comparat: Phaedr. 235 B: *Τοῦτο ἐγώ σοι οὐκέτι οἷός τε ἔσομαι πείθεσθαι. παλαιοὶ γὰρ καὶ σοφοὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες περὶ αὐτῶν εἰρηκότες καὶ γεγραφότες ἐξελέγξουσί με, ἐάν σοι χαριζόμενος συγχωρῶ·*[2]) tum denique ad aliorum doctrinas investigandas alios adhortatur: Cratyl. 401 A: *εἰ οὖν βούλει, σκοπῶμεν ὥσπερ προειπόντες τοῖς θεοῖς, ὅτι περὶ αὐτῶν οὐδὲν ἡμεῖς σκεψόμεθα — οὐ γὰρ ἀξιοῦμεν οἷοί τ' ἂν εἶναι σκοπεῖν — ἀλλὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων, ἥν τινά ποτε δόξαν ἔχοντες ἐτίθεντο αὐτοῖς τὰ ὀνόματα· τοῦτο γὰρ ἀνεμέσητον*, ad quem locum respicitur 425 B sq.: *Ἐάσομεν οὖν, ἢ βούλει οὕτως, ὅπως ἂν δυνώμεθα, καὶ ἂν σμικρόν τι αὐτῶν οἷοί τ' ὦμεν κατιδεῖν, ἐπιχειρῶμεν, προειπόντες, ὥσπερ ὀλίγον πρότερον τοῖς θεοῖς, ὅτι οὐδὲν εἰδότες τῆς ἀληθείας τὰ τῶν ἀνθρώπων δόγματα περὶ αὐτῶν εἰκάζομεν, οὕτω κ.τ.λ.*

Denique afferam Phaedon. 78 A, quo loco Cebeti roganti: *Πόθεν οὖν, ὦ Σώκρατες, τῶν τοιούτων ἀγαθὸν ἐπῳδὸν ληψόμεθα, ἐπειδὴ σύ*[3]) *ἡμᾶς ἀπολείπεις*; haec respondet SOCRATES: *Πολλὴ μὲν ἡ Ἑλλάς, ὦ Κέβης, ἐν ᾗ ἔνεισι που ἀγαθοὶ ἄνδρες, πολλὰ δὲ καὶ τὰ τῶν βαρβάρων γένη, οὓς πάντας χρὴ διερευνᾶσθαι ζητοῦν-*

βίβλους ὡς τάχιστα οἷός τ' ἦ ἀνεγίγνωσκον, ἵν' ὡς τάχιστα εἰδείην τὸ βέλτιστον καὶ τὸ χεῖρον. Iterum qui sit aliorum sententiarum cognoscendarum finis apparet.

1) Per ironiam; sed hoc nihil ad rem.

2) Cf. adn. 1 et pag. 48 adn. 2. Vide praeterea Phileb. 28 C sq. ibique STALLB.

3) Cf. locum Theaet. 157 C supra laudatum, quo loco SOCRATES dicit: *σὺ δὲ μαιεύομαι καὶ τούτου ἕνεκα ἐπᾴδω κ.τ.λ.*

τας τοιοῦτον ἐπῳδόν, μήτε χρημάτων φειδομένους μήτε πόνων· ὡς οὐκ ἔστιν εἰς ὅ τι ἂν ἀναγκαιότερον [1]) ἀναλίσκοιτε χρήματα, e quibus verbis apparet, ipsum illum hortari et suadere, ut summo labore indagentur ii, qui veram rerum cognitionem afferre possint; quamquam idem videtur monere, ne ab aliis nimia exspectentur, haec adiciens: ζητεῖν δὲ χρὴ καὶ αὐτοὺς μετ' ἀλλήλων· ἴσως γὰρ ἂν οὐδὲ ῥᾳδίως εὕροιτε μᾶλλον ὑμῶν δυναμένους τοῦτο ποιεῖν. [2])

Praeterea vero ex hoc Phaedonis loco sequitur, [3]) quod per se consentaneum est, ut omnino non referat *unde* repetatur veritas, dummodo constet verum esse id quod assecuti sumus. Id diserte PLATO dicit Phaedr. 275 B sqq.:

ΦΑΙ. Ὦ Σώκρατες, ῥᾳδίως σὺ Αἰγυπτίους καὶ ὁποδαποὺς ἂν ἐθέλῃς λόγους ποιεῖς.

ΣΩ. Οἱ δέ γ', ὦ φίλε, ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Δωδωναίου ἱερῷ δρυὸς λόγους ἔφησαν μαντικοὺς πρώτους γενέσθαι. τοῖς

---

1) STALLB. εὐκαιρότερον.

2) Idem fortasse monere vult per ironiam illam, qua de scientia sua ab aliis accepta dicit Phaedr. 235 B sq., quem locum aliam ob causam partim iam laudavi: παλαιοὶ γὰρ καὶ σοφοὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες περὶ αὐτῶν εἰρηκότες καὶ γεγραφότες ἐξελέγξουσί με, ἐάν σοι χαριζόμενος συγχωρῶ.

ΦΑΙ. Τίνες οὗτοι; καὶ ποῦ σὺ βελτίω τούτων ἀκήκοας;

ΣΩ. Νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆλον δέ, ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἤ που Σαπφοῦς τῆς καλῆς, ἢ Ἀνακρέοντος τοῦ σοφοῦ, ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν. πόθεν δὴ τεκμαιρόμενος λέγω; πλῆρές πως, ὦ δαιμόνιε, τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω. ὅτι μὲν οὖν παρά γε ἐμαυτοῦ οὐδὲν αὐτῶν ἐννενόηκα, εὖ οἶδα, συνειδὼς ἐμαυτῷ ἀμαθίαν. λείπεται δή, οἶμαι, ἐξ ἀλλοτρίων ποθὲν ναμάτων διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαί με δίκην ἀγγείου· ὑπὸ δὲ νωθείας αὖ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπιλέλησμαι, ὅπως τε καὶ ὧντινων ἤκουσα.

ΦΑΙ. Ἀλλ', ὦ γενναιότατε, κάλλιστα εἴρηκας. σὺ γὰρ ἐμοὶ ὧντινων μὲν καὶ ὅπως ἤκουσας, μηδ', ἂν κελεύω, εἴπῃς, τοῦτο δὲ αὐτὸ ὃ λέγεις ποίησον κ.τ.λ. Optime is Socratem intellegere videtur.

3) WOHLRAB in editione sua (Platons Phaedon. Für den Schulgebrauch erklärt): „πολλὰ δὲ καὶ τῶν βαρβάρων γένη. Sokrates war insofern Kosmopolit, als er in Bezug auf Wissenschaft und Wahrheit keine Volks- und Ländergrenzen anerkannte.... Platon folgte ihm hierin, insofern er Forschungsreisen auch in nicht Griechische Länder unternahm."

μὲν οὖν τότε, ἅτε οὐκ οὖσι σοφοῖς ὥσπερ ὑμεῖς οἱ νέοι, ἀπέχρη δρυὸς καὶ πέτρας ἀκούειν ὑπ' εὐηθείας, εἰ μόνον ἀληθῆ λέγοιεν· σοὶ δ' ἴσως διαφέρει τίς ὁ λέγων καὶ ποδαπός. οὐ γὰρ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖς, εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει;[1])

ΦΑΙ. Ὀρθῶς ἐπέπληξας κ.τ.λ.[2])

Ex omnibus his facile perspicitur, ipsum PLATONEM in operibus suis significare, aliorum sententiarum cognitione opus esse, et id quidem ut verum investigetur. Itaque etiam philosophiae rite colendae necessaria est illa cognitio. Nam cum vere philosophi sint ii, qui veritatis spectandae sunt cupidi,[3]) ad veritatem vero sciendam aliorum doctrinae cognitione opus sit, necessario sequitur ut vere philosophus carere non possit aliorum doctrinis.

2. Quod ad disputandi viam atque rationem, quae in diiudicandis aliorum sententiis sit sequenda, optimum invenitur exemplum Phaedon. 95 D E sqq.,[4]) quo loco SOCRATES, refutaturus Cebetis de anima pravas opiniones, primo definite statuendum esse censet, quaenam sint illae;[5]) hoc

---

1) STALLB.: ἔχει.

2) STALLB. ad locum: „Leniter Phaedrum increpat, quod narrationi hactenus expositae ideo nihil tribuat, quia ea ex Aegypto repetita sit. Prisci illi Graeci, inquit, vel quercus et rupes audiendas putarunt, si modo vera proderent; tu curabis, qua natione vel gente sit oriundus qui quid dixerit, nec illud potius perpendes, vere an secus ille iudicaverit?"

3) Cf. Republ. V. 475 E: Τοὺς δὲ ἀληθινούς [φιλοσόφους], ἔφη, τίνας λέγεις; Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγώ, φιλοθεάμονας.

Sympos. 212 A: ἢ οὐκ ἐνθυμεῖ, ἔφη, ὅτι ἐνταῦθα αὐτῷ μοναχοῦ γενήσεται, ὁρῶντι ᾧ ὁρατὸν τὸ καλόν, τίκτειν οὐκ εἴδωλα ἀρετῆς, ἅτε οὐκ εἰδώλου ἐφαπτομένῳ, ἀλλ' ἀληθῆ, ἅτε τοῦ ἀληθοῦς ἐφαπτομένῳ· κ.τ.λ.

4) Cf. praeterea 91 C.

5) 95 B: ἔστι δὲ δὴ τὸ κεφάλαιον ὧν ζητεῖς.... D: τοιαῦτ' ἅττα ἐστὶν,

constituto an aliquid momenti habeant, examinandum esse dicit.[1])

In omni autem de aliorum doctrinis disputatione ut in aliis semper ad fundamenta sua omnia sunt revocanda: Cratyl. 436 D: *δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν, εἴτε ὀρθῶς εἴτε μὴ ὑπόκειται· ἐκείνης δὲ ἐξετασθείσης ἱκανῶς, τὰ λοιπὰ φαίνεσθαι ἐκείνῃ ἑπόμενα.* Hoc autem praeceptum in priorum sententiis aestimandis ad summam tenuisse PLATONEM, in proximis spero fore ut appareat. Ad principia semper recurrit; ad haec omnem refert disputationem;[2]) si quae sunt alia, ut ita dicam, solitaria philosophorum placita, cum ipsorum systematum rationibus minus cohaerentia, haec parum curat. Quod si memoria tenebitur, multa eorum, quae de prioribus commemoravit, laudavit, iudicavit, perspicua fient.

Quare ne credamus iis, qui nullam in PLATONE historici naturam atque indolem esse dicunt.[3]) Utrum in singulis erraverit hic nondum diiudicabo. Nec tamen hoc quidquam ad rem: vitia saepe ex subsidiorum inopia vel tenuitate oriuntur; nec ad exponendam historiam

---

οἶμαι, ὦ Κέβης, ἃ λέγεις· καὶ ἐξεπίτηδες πολλάκις ἀναλαμβάνω, ἵνα μή τι διαφύγῃ ἡμᾶς, εἴ τέ τι βούλει, προσθῇς ἢ ἀφέλῃς.

1) 95 B: *ἡμεῖς δὲ Ὁμηρικῶς ἐγγὺς ἰόντες πειρώμεθα, εἰ ἄρα τι λέγεις.* Vide etiam Theaet. 157 D: *(ἕως ἂν) εἰς φῶς τὸ σὸν δόγμα ξυνεξαγάγω· ἐξαχθέντος δὲ τότ' ἤδη σκέψομαι εἴτ' ἀνεμιαῖον εἴτε γόνιμον ἀναφανήσεται.*

2) Cf. e. g. Theaet. 160 D: *Παγκάλως ἄρα σοι εἴρηται ὅτι ἐπιστήμη οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ αἴσθησις, καὶ εἰς ταὐτὸν συμπέπτωκεν, κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα, κατὰ δὲ Πρωτάγοραν τὸν σοφώτατον πάντων χρημάτων ἄνθρωπον μέτρον εἶναι, κατὰ δὲ Θεαίτητον τούτων οὕτως ἐχόντων αἴσθησιν ἐπιστήμην γίγνεσθαι.*

3) F. WEBER, Platonische Notizen über Orpheus. München 1899. pag. 43: „Zu dem auch bei andern antiken Autoren oft sehr stark hervortretenden Mangel an geschichtlichem Sinne kommt bei Platon noch etwas Anderes."

philosophiae scripta sunt PLATONIS opera: multum arti et orationi eum concessisse supra iam diximus. Viam tamen et rationem, quae in priorum doctrinarum disputatione esset sequenda, recte indicavit, earumque doctrinarum summam ad historiae fidem scribere studere se professus est.

3. Quaeritur deinde, de quibus philosophis sit indagandum quid iudicet PLATO in scriptis suis. Quae quaestio difficilior est, quam primo aspectu forte videatur. Capite primo iam diximus, ad eam solvendam opus esse, ut quaenam apud PLATONEM *philosophiae* notio occurrat, investigetur. Nempe si respondet quis, de omnibus esse dicendum, quos nos hisce temporibus in prae-Socraticorum philosophorum numero habeamus, non omnino recte respondere is videtur, cum a PLATONE proficiscendum mihi esse primo huiusce disputationis capite indicatum sit, minime vero constet, eosdem illum inter philosophos numerare quos nos, aut omnium, quos philosophos duxerit, illum in scriptis suis mentionem facere.

Contra, eos solos tractare, quos nominatim afferat PLATO, neque hoc sufficit, cum ut exemplo utar, Pythagorei vix ab eo nominentur, horum vero doctrinas saepius spectet.

Nec audiendus est GROEN VAN PRINSTERER, qui, postquam in priore libri sui parte omnes, quos Socratem aetate antecessisse putat, promiscue tractavit philosophos, sapientes, poëtas, alios, in alterius partis capite primo, quo de *philosophis* disputat, separatim agendum esse censet de Socraticis, de Pythagoreis, de Eleaticis, quandoquidem hi Socratis et Platonis aetate maxime insignes

philosophorum fuerint familiae [1]): etenim fieri potest, ut qui in universum fuerint maxime insignes, in operibus PLATONIS vix vel omnino non occurrant, ut Democritus.

Denique etiam HERMANNI ratio, quamvis apta ipsius operi, quod imprimis de PLATONIS philosophiae *genesi* agere diximus, alienior est ab iis quae mihi sunt proposita. Scilicet is, quippe qui de PLATONIS philosophiae *origine* dicat, iure suo eos maxime tractandos sibi esse censet, qui in *philosophiam* hanc aliquid momenti habuerint. [2]) Mihi vero, de *iudicio* scripturo, quod in operibus suis de antecedentibus philosophis tulit PLATO, mihi, inquam, proficiscendum est a PLATONIS *scriptis*, a *philosophia* eius *non* proficiscendum, quod idem primo capite iam indicavi. Quodsi ita est, censendum videtur, omnino quinam philosophi pertinuerint aliquantum in PLATONEM, ignorari; hoc igitur prius esset examinandum, si nos HERMANNI sequeremur rationem. Praeterea ita omnes eos neglegeremus, quos, etsi parvi aut nullius quod ad

---

1) o.l. pag. 46.

2) HERMANN o. l. pag. 145: „Auf diese vier Hauptbestandtheile der platonischen Philosophie [das eleatische Eins als Princip der Form, das ewige werden Heraklit's als Princip des Stoffs, der schaffende Geist des Anaxagoras als oberste Ursache, und die pythagoreische Harmonie als Zweck aller Thätigkeit] werden wir desshalb auch in der jetzt zunächst folgenden historischen Auseinandersetzung unsere Aufmerksamkeit insbesondere richten;" quamquam nec eos, quos nomine *commemoret* Plato, prorsus se neglecturum esse dicit: „ohne jedoch auch andere Zeitgenossen auszuschliessen, deren entweder PLATO namentlich gedenkt, oder die für die Entwickelung philosophischer Begriffe und Aufgaben in der früheren Zeit von Wichtigkeit sind."

Cf. praeterea ea quae sequuntur (III): „Ueber die ältesten Stufen dieser Entwickelung brauchen wir freilich nicht in's Einzelne einzugehen, da PLATO, wo er auch auf die kosmologischen und physiologischen Meinungen der früheren Philosophen zu sprechen kommt, so geringschätzend und wegwerfend darauf herunterblickt, dass man denselben gar keinen directen Einfluss auf die spätere Gestaltung seines Systems beimessen kann."

PLATONIS *philosophiam* fuerint momenti, tamen *commemorat* ille.

Itaque nihil restare videtur, nisi ut nulla praeiudicata opinione inquiramus in PLATONEM, quosnam hic in operibus inter philosophos numeret aut numeravisse sit censendus. Cuius tamen quaestionis prior pars solvi non potest, cum nusquam eorum qui ex PLATONIS sententia sunt philosophi, occurrat in operibus eius enumeratio, immo vero ne dicat quidem semper plane, si quem in philosophorum numero habet; licet interdum nonnullos una enumeret, ut Theaetet. 152 E: *καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου συμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς κ.τ.λ.* [1]) Nec tali enumeratione ad ea, quae proposuit sibi PLATO, opus est, cum eius dialogos non ad exponendam philosophiae historiam scriptos esse supra iam dictum sit; id quod ipse indicat Sophist. 245 E (loquitur hospes Eleaticus): *Τοὺς μὲν τοίνυν διακριβολογουμένους ὄντος τε πέρι καὶ μὴ πάντας μὲν οὐ διεληλύθαμεν, ὅμως δὲ ἱκανῶς ἐχέτω*, quem locum quae sequuntur rursus indicant, ad verum eliciendum in priorum vel aliorum sententias inquirendum esse: *τοὺς δὲ ἄλλως λέγοντας αὖ θεατέον, ἵν᾽ ἐκ πάντων εἰδῶμεν ὅτι τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν εὐπορώτερον εἰπεῖν ὅτι ποτ᾽ ἔστιν.*

Accedit, quod eosdem modo inter philosophos enumerat, modo aliis indicat nominibus, itaque hac in re non semper sibi constare videtur. Sic, quem exempli causa commemoro, Thales Protagor. 343 A inter septem qui dicuntur sapientes enumeratur: *τούτων* (h. e. ex iis qui antiquo tempore Laconum disciplinam recte intellexerunt

1) Cf. praeterea Theaet. 180 D—E.

et secuti sunt [STALLB.]) ἦν καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Πιττακὸς ὁ Μυτιληναῖος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεύς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεύς, καὶ ἕβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο Λακεδαιμόνιος Χίλων,[1]) in Theaeteto vero (174 A) cum iis confertur, ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσιν et propter communis vitae ignorantiam hominum risum movent.[2])

Quod si ita est, altera quaestionis pars sola relinquitur quae solvi possit, ut scilicet quosnam PLATO inter philosophos numerare *censendus sit*, investigetur; quem ad finem pauca sunt dicenda de *notione*, quae in Platonis dialogis vocabulis quae sunt *philosophus* et *philosophia* est subiecta; de quo tamen argumento cum et permulti iam disputaverint viri docti,[3]) nec ipsum per se ad huiusce operis pertineat rationes, ea sola dicturus sum, quae ad id quod mihi proposui, utilia fore iudicavi.

At neque hac ratione multum nos profecturos esse satis videtur veri simile.

Etenim notionem hanc in variis dialogis non esse eandem, satis est notum: vocis „φιλοσοφία" vis apud PLATONEM modo patet latissime,[4]) suis finibus continetur modo.[5]) Praeterea vero etiamsi ampliorem illam signi-

---

1) Obiciat quis fortasse, hos postea (343 B) significari nomine: *οἱ παλαιοὶ τῆς φιλοσοφίας: Τοῦ δὴ ἕνεκα ταῦτα λέγω; Ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἦν τῶν παλαιῶν τῆς φιλοσοφίας, βραχυλογία τις Λακωνική.* Huius vocis autem hic omnino aliam esse vim atque in Theaeteto vocabuli quod est „*φιλόσοφος*", nemo negabit.

2) cf. 174 C.

3) Cf. i. a. ALBERTI, Der platonische Begriff der Philosophie, am Lysis, Phädros, Gastmahl u. d. Phädon entwickelt, in: Zeitschr. f. Philos. u. philos. Kritik, 51, 1867, pagg. 29—52, 169—204.

4) Cf. pag. 56, adn. 3 init.

5) Cf. UEBERWEG-HEINZE, o. l. pag. 3.

ficationem mittamus, et alteram solam spectemus, duae potissimum partes conspicuae fiunt. Phaedon. 67 B philosophi dicuntur *οἱ ὀρθῶς φιλομαθεῖς*, 83 E *οἱ δικαίως φιλομαθεῖς*, Rep. 475 E *οἱ τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονες*, Rep. 480 A *οἱ αὐτὸ ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζόμενοι*,[1]) denique Rep. 484 B *οἱ τοῦ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντος δυνάμενοι ἐφάπτεσθαι*. Ab altera vero parte Phaed. 64 E *δῆλος* esse dicitur *ὁ φιλόσοφος ἀπολύων ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας*. Variae hae definitiones — ut universa Platonis philosophia — partim ad ethicam, partim ad cognoscendi rationem spectant. Quod ad cognitionis rationem *ὁ φιλόσοφος* opponitur *τῷ φιλοδόξῳ*,[2]) quod ad ethicam contrarius est *τῷ φιλοσωμάτῳ*, qui idem est *φιλοχρήματος* et *φιλότιμος*.[3])

Quod ad cognitionem id agit *ὁ γνησίως φιλόσοφος*, ut acquirat *φρόνησιν*, quod ad ethicam ut acquirat *ἀρετὴν μετὰ φρονήσεως*.[4]) Denique in Phaedone bene vivendi (i. e. seiungendi animum a corporis cupiditatibus)[5]) praemium proponitur *τὸ σαφὲς εἰδέναι* (69 D). Videas, quam arte duae hae partes inter se co-

---

1) Item Rep. VII 521 C scriptum legitur: *ψυχῆς περιαγωγή, ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι*. Ita saltem STALLBAUM. Nec tamen lectio haec constat.

2) Rep. V 480 A: *Μὴ οὖν τι πλημμελήσομεν φιλοδόξους καλοῦντες αὐτοὺς μᾶλλον ἢ φιλοσόφους;.... Τοὺς αὐτὸ ἄρα ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους φιλοσόφους, ἀλλ' οὐ φιλοδόξους κλητέον;*

3) Phaedon. 68 B sq.: *Οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον, ἔφη, τοῦτο ἀνδρός, ὃν ἂν ἴδῃς ἀγανακτοῦντα μέλλοντα ἀποθανεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἄρ' ἦν φιλόσοφος, ἀλλά τις φιλοσώματος; ὁ αὐτὸς δέ που οὗτος τυγχάνει ὢν καὶ φιλοχρήματος καὶ φιλότιμος, ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα.*

Cf. praeterea Rep. IX 581 C.: *Διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἀνθρώπων λέγωμεν τὰ πρῶτα τριττὰ γένη εἶναι, φιλόσοφον, φιλόνεικον, φιλοκερδές; Κομιδῇ γε.* 581 D recensentur *ὁ χρηματιστικός* ..., *ὁ φιλότιμος* ..., *ὁ φιλόσοφος*.

4) Phaedon. 69 A B.

5) Cf. Phaedon. 68 C: *τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσίν τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν.*

haereant; id quod explicatur Rep. 581 D, quo loco τὸ εἰδέναι τἀληθὲς ὅπῃ ἔχει dicitur ἡδονή, reliquis ἡδοναῖς longe praeponenda.[1])

Revera duas has partes maxime spectat PLATO in aliorum doctrinarum contemplatione; physicos, qui dicuntur proprie, parum curat.[2])

Ceterum vero ex variis his definitionibus latius patere apud PLATONEM philosophiae notionis vim[3]) nec

---

1) τὸν δε φιλόσοφον.. τί οἰώμεθα τὰς ἄλλας ἡδονὰς νομίζειν πρὸς τὴν τοῦ εἰδέναι τἀληθὲς ὅπῃ ἔχει καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ τινὶ ἀεὶ εἶναι μανθάνοντα;

2) Cf. verba HERMANNI pag. 52, adn. 2 laudata.

3) Latissima haec vis videtur esse talibus locis quales sunt Theaet. 143 D: εἴ τινες αὐτόθι περὶ γεωμετρίαν ἤ τινα ἄλλην φιλοσοφίαν εἰσὶ τῶν νέων ἐπιμέλειαν ποιούμενοι, nescio vero annon etiam Rep. V. 473 C D: Ἐὰν μὴ... ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλῆς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα... ταῖς πόλεσι, δοκῶ δ' οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει κ τ.λ.

Sagacius saltem quam verius WINDELBAND in egregia de notione philosophiae disputatione (Präludien. Aufsätze und Reden zur Einleitung in die Philosophie. Freiburg i.B. und Tübingen 1884. Mohr, pag. 12) vetare mihi videtur, in locis qualis est posterior vocem φιλοσοφίαν Germanice verti „Philosophie." Mea quidem sententia optime ita vertitur, dummodo quid apud Platonem sonet haec vox, mente teneatur; id quod in omni interpretatione opus est.

Ceterum haec WINDELBANDIO obicio:

Primo. Interpretatio haec unicuique, historiae philosophiae non nimis rudi, satis est perspicua; iis autem qui huius historiae nullam habent notitiam, neque aliis interpretationibus res explanatur, quales sunt SCHLEIERMACHERIANA illa (φιλόσοφοι = Freunde der Wissenschaft) aut ea, quam ipse WINDELBANDIUS suadere videtur (φιλοσοφία = wissenschaftliche Bildung).

Deinde. Extat sane aliquid discriminis inter Platonicam vocem „φιλοσοφία" et nostram „Philosophie".

At si talium discriminum habebitur ratio, nunquam fere hoc vocabulum usurpari poterit. Nempe non solum paene dicam unusquisque prioris aetatis philosophus aliam ac diversam huic voci subiecit notionem, sed nec hodie de illius significatione convenit inter viros doctos. Audias ipsum WINDELBANDIUM, Prälud. init.: „Namen haben ihre Geschicke, aber selten so sonderbare, wie das Wort „Philosophie." Wenden wir uns mit der Frage, was

multum valere ad indagandos eos, quos in philoso-

---

eigentlich Philosophie sei, an die Geschichte und sehen wir uns bei Denjenigen, welche man Philosophen genannt hat und etwa noch nennt, nach ihrer Auffassung dessen, was sie trieben und treiben, um, so erhalten wir so vielgestaltige und so weit von einander abliegende Antworten, dass es völlig aussichtslos sein würde, diese buntschillernde Mannichfaltigkeit auf einen einfachen Ausdruck und die ganze Fülle dieser wechselnden Erscheinungen unter einen einheitlichen Begriff bringen zu wollen."

Nimirum EISLER, Wörterbuch der Philosophischen Begriffe und Ausdrücke, variis philosophiae definitionibus enumerandis septem paginas implet, nec tamen omnes enumerat. Scilicet singulorum philosophorum philosophiae notiones ex singulis eorum doctrinis interpretandae sunt; sed hoc non solum de voce „philosophia", sed de omnibus vocabulis, quae ad philosophiam pertinent, dicendum est, qualia sunt: *οὐσία*, substantia, esse, nosse, notio, alia.

Denique WINDELBAND dum addit: „Wie bequem zu belächeln [sententia scilicet: „Es werde der Uebel der Menschheit kein Ende sein, ehe nicht entweder die Herrscher philosophiren oder die Philosophen herrschen, d. h. ehe nicht politische Macht und Philosophie zusammenfallen"] wenn man unter „philosophiren" dabei an metaphysische Grübeleien und unter „Philosophen" dabei an unpractische Professoren und einsame Gelehrte denkt!", — neque hoc contra interpretationem illam valere mihi videtur.

Nam primo *eruditi homines* nec hisce temporibus ita de philosophia sentiunt; deinde vero *multitudinem* Platonis quoque aetate non secus iudicasse nec prorsus iniuria, si quidem vera est philosophorum imago, ab illo expressa, dilucide apparet ex ipsius PLATONIS verbis Phaedon. 64 B, imprimis autem e praeclara illa summi philosophi imagine, quam exhibet Theaet. 173 C—175 C.; cuius loci, longioris quam ut totum hic transscribam, initium certe notare liceat: *Λέγωμεν* (Socrates loquitur) *δή, ὡς ἔοικεν, ἐπεὶ σοί γε δοκεῖ, περὶ τῶν κορυφαίων· τί γὰρ ἄν τις τούς γε φαύλως διατρίβοντας ἐν φιλοσοφίᾳ λέγοι; οὗτοι δέ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδόν, οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον· νόμους δὲ καὶ ψηφίσματα λεγόμενα ἢ γεγραμμένα οὔτε ὁρῶσιν οὔτε ἀκούουσι* [„*unpractische* Professoren"]· *σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχὰς καὶ σύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι, οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσίσταται αὐτοῖς* [„*einsame* Gelehrte"]· conferatur praeterea Gorg. 484 C.; denique Theaet. 173 E, 174 A: ... *ἡ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ* Πίνδαρον, *τά τε γῆς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὑτὴν συγκαθιεῖσα.*

(B) ... *τί δέ ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων ποιεῖν ἢ πάσχειν, ζητεῖ τε καὶ πράγματ' ἔχει διερευνώμενος* (sc. *ὁ ἐν φιλοσοφίᾳ διάγων*) [„*metaphysische Grübeleien*"].

phorum numero ille habeat, satis est perspicuum. Etenim, si ad definitionum harum normam dirigere te voles, de omnibus erit dicendum tibi, qui veritatem scire se profiteantur. Quod indicium incertius est, quam ut norma in hac re usurpetur.

Accedit, quod minime *solis* verbis quae sunt φιλοσοφία et φιλόσοφος subiecta est notio ea quae hisce temporibus inest vocabulis *philosophia* et *philosophus*. Euthyd. 288 D φιλοσοφία definitur κτῆσις ἐπιστήμης, et huic definitioni congruenter Sympos. 203 E sq. dicitur deorum nullum philosophari (φιλοσοφεῖν), nec se cupere sapientem exsistere, cum sit sapiens (σοφός); neque si quis alius sapiens (σοφός) sit, hunc philosophari (φιλοσοφεῖν), nec denique philosophari insipientes; et definitur φιλόσοφος is qui est μεταξὺ σοφοῦ καὶ ἀμαθοῦς.[1])

At aliis locis, ut Theaet. 152 E, quem locum supra laudavi et Phileb. 16 E[2]), *σοφοί* vocantur quos nos phi-

---

Revera autem Rep. V 473 C D significari a PLATONE philosophos proprie dictos, nec tam communem esse hoc loco vocis huius vim, quam cum WINDELBANDIUS, tum STALLB. ad l. videtur putare, manifestum est ex iis quae rogantur pag. 484 B: *ἐπειδὴ φιλόσοφοι μὲν οἱ τοῦ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντος δυνάμενοι ἐφάπτεσθαι, οἱ δὲ μὴ ἀλλ' ἐν πολλοῖς καὶ πάντως ἴσχουσι πλανώμενοι οὐ φιλόσοφοι, ποτέρους δὴ δεῖ πόλεως ἡγεμόνας εἶναι*; e. q. s. Praeterea animadvertas illud *γνησίως τε καὶ ἱκανῶς*!

Ceterum quamquam ex his locis quid sit vere philosophi munus, facile perspicitur, et norma datur, ad quam aliorum philosophorum facta et doctrinae sint aestimanda, — *quos* in philosophorum numero habuerit PLATO, certo ex iis effici non potest.

1) *θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ οὐδ' ἐπιθυμεῖ σοφὸς γενέσθαι· ἔστι γάρ· οὐδ' εἴ τις ἄλλος σοφός, οὐ φιλοσοφεῖ. οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι.... Τίνες οὖν, ἔφην ἐγώ, ὦ Διοτίμα, οἱ φιλοσοφοῦντες, εἰ μήτε οἱ σοφοὶ μήτε οἱ ἀμαθεῖς; Δῆλον, ἔφη, τοῦτό γε ἤδη καὶ παιδί, ὅτι οἱ μεταξὺ τούτων ἀμφοτέρων, ὧν αὖ καὶ ὁ Ἔρως. ἔστι γὰρ δὴ τῶν καλλίστων ἡ σοφία, Ἔρως δ' ἐστὶν ἔρως περὶ τὸ καλόν, ὥστε ἀναγκαῖον Ἔρωτα φιλόσοφον εἶναι, φιλόσοφον δὲ ὄντα μεταξὺ εἶναι σοφοῦ καὶ ἀμαθοῦς.*

2) *οἱ δὲ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοί*, quibus verbis Eleatas significari indicat HERMANN o. l. pag. 242, cf. pag. 326, adn. 306.

losophos appellare solemus.[1]) Itaque in eos quoque erat inquirendum, qui σοφοί dicuntur.

Praeterea neque hoc vocabulum σοφός certam ubique habet vim;[2]) nam si haberet, effici poterat, cum φιλοσοφία esset κτῆσις ἐπιστήμης, ergo σοφία idem quod ἐπιστήμη, itaque ὁ σοφός possideret ἐπιστήμην, Protagoras autem nominaretur σοφός, Protagoram, τῆς δοξῆς illum professorem, de PLATONIS sententia possidere ἐπιστήμην, δόξῃ oppositam! Vides, quam multas tales res habeant cautiones, cum insuper alibi idem Protagoras appelletur σοφιστής!

E quibus omnibus rebus sequitur, ut in universum nihil profecturi simus, e philosophiae notione efficere conantes, de quibusnam hac disputatione sit dicendum.[3])

Itaque nihil restat, nisi ut ab iis, qui hac aetate in prae-Socraticorum philosophorum numero habentur, proficiscamur, indicemus autem, si qua in re discrepet PLATO; id quod ne saepius fiat, non est verendum, cum horum philosophorum dogmatum PLATONEM eiusque discipulum ARISTOTELEM imprimis nobis esse fontem supra iam dictum sit.[4])

4. De una tamen re imprimis est cur addam nonnulla: quaeritur scilicet ubi incipere putanda sit

---

1) In universum σοφός magis mihi videtur a PLATONE usurpari pro artis vocabulo, ita ut eos significet quibus nomen *philosophis* sit; cum φιλόσοφοι sint ii, qui *de Platonis sententia veram habent sapientiam*. Nec vero in omnes locos cadit hoc discrimen.

2) Phaedr. 235 D invicem Anacreon σοφός dicitur: Ἀνακρέοντος τοῦ σοφοῦ.

3) Accedit, quod hac ratione et plura bis essent dicenda, cum PLATO, inter philosophos aliquem enumerans, simul de eo iudicium ferat; denique non satis appareret, si quid inter Platonis et nostram rationem extaret discriminis.

4) Cf. pag. 36.

in hac disputatione philosophia Graeca. Nos a Thalete physicisque, qui dicuntur, Ionicis proficisci, [1]) eosque qui antecedunt, appendicis loco solum aut omnino non tractare solemus. At quod ad Thaletem quidem dubitanter dicere PLATONEM neque ansas dare ad arbitrandum, idem in hac re sensisse illum quod nos, supra iam vidimus [2]); itaque opus est inquisitione.

Initium philosophiae ducunt *οἱ παλαιοί*, qui sapientiam suam paene dicam ab ipsis diis acceperunt [3]); eos inter philosophos numerari, manifestum est, cum opponantur *οἱ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοί*, [4]) quibus verbis imprimis Eleatici indicari videntur. [5])

Praecipuo iure in his sunt qui dicuntur Orphici, quos, suo nomine raro laudatos, saepissime communibus indicari nominibus, qualia sunt *οἱ παλαιοί*, posthac demonstrabitur. [6]) Quarum doctrinas cum hisce temporibus

---

1) Ex recentioribus primus id fecit TIEDEMANN, Geist d. spekul. Philosophie, I, Vorr. S. XVIII, cf. ZELLER, Ph. d. Gr. I, 15 pag. 71 adn. 1.

2) Vide pagg. 53, 54. Congruit id quod ZELLER, Ph. d. Gr. I, 1[5] pag. 74 adn. 1 dicit, inter veteres ARISTOTELEM primum fuisse, qui a Thalete incipere censeret philosophiam Graecam; cf. Metaphys. I, 9, 983*b* 18 sqq.: *τὸ μέντοι πλῆθος καὶ τὸ εἶδος τῆς τοιαύτης ἀρχῆς οὐ τὸ αὐτὸ πάντες λέγουσιν, ἀλλὰ Θαλῆς μὲν ὁ τῆς τοιαύτης ἀρχηγὸς φιλοσοφίας ὕδωρ εἶναί φησιν.* Quamquam nescio annon recta sint ea quae dicit ZELLER. Nempe ARISTOTELES hoc quidem loco non dicit Thaletem *φιλοσοφίας ἀρχηγόν* fuisse, sed *τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας* qualis est ea, de qua dicit. Convenit id quod initio pag. 983*b* (vs. 7 sqq.) scribitur: *τῶν δὴ πρώτων φιλοσοφησάντων οἱ πλεῖστοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνας ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων.*

3) Phileb. 16 D: *Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις, ὥς γε καταφαίνεται ἐμοί, ποθὲν ἐκ θεῶν ἐρρίφη διά τινος Προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ τινὶ πυρί· καὶ οἱ μὲν παλαιοί, κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν κ.τ.λ.*

4) ibid. E.

5) cf. pag. 58, adn. 2.

6) Cf. O. GRUPPE, Die Griechischen Culte und' Mythen in ihren Beziehungen zu den Orientalischen Religionen. Erster Band. Einleitung. Leipzig. Teubner 1887, pag. 614: „Leider wird der Versuch, aus den gelegentlichen Citaten des PLATO und ARISTOTELES die in der homerischen Travestie ver-

permulti viri docti a philosophia semovendas esse putent,[1])

---

bleibenden Lücken zu ergänzen, durch den Umstand sehr erschwert, dass beide Philosophen sehr selten den Namen des Orpheus ausdrücklich angeben, sondern sich in der Regel mit allgemeinen Andeutungen, wie *οἱ θεολόγοι* u. dgl. begnügen, welche bei ihnen notorisch auch andere Theogonien als die orphische bezeichnen".

Quod ad PLATONEM tamen de quo postea uberius acturus sum, accuratius dici potuisse haec videntur: ORPHEI (Ὀρφεύς, Ὀρφεῖος, Ὀρφικός) nomen quinquies decies quantum sciam, invenitur in Platonicis dialogis (in Ione bis), licet haec non omnia ad *doctrinam* pertineant Orphicam, *θεολόγος* autem quod equidem sciam, nusquam.

Locutiones quibus ARISTOTELES cum veteres in universum tum Orphicos indicat, ex BONITZII Indice Aristot. affero has:

θεολόγος.
οἱ παμπάλαιοι καὶ πρῶτοι θεολογήσαντες.
οἱ ἀρχαῖοι καὶ διατρίβοντες περὶ τὰς θεολογίας.
οἱ παμπάλαιοι καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως.
οἱ ἀρχαῖοι.
οἱ ἀρχαῖοι σοφοί.
οἱ ἀρχαῖοι φιλόσοφοι.
οἱ ἀρχαῖοι καὶ παμπάλαιοι.
οἱ πρότερον ἄνθρωποι.
οἱ πρότερον.
τὶς τῶν πρότερον.
ὁ παλαιὸς λόγος
ἀρχαῖοι καὶ πάτριοι λόγοι.
ἀρχαία καὶ δημοτικὴ ὑπόληψις, e. q. s.

deinde *ἐν τοῖς καλουμένοις* Ὀρφέως *ἔπεσιν* (*περὶ ζῴων γενέσεως β* 1. 734*a* 19). *οὐκ εἶναι* Ὀρφέως *τὰ ἔπη* (Fragm. 9. 1475*a* 42, 46). cf. Bz. ad M A. 3. 983*b* 28. *ἐπίγραμμα ἐπὶ* Ὀρφέως (fragm. 596. 1577*a* 21).

Ὀρφικὰ *ἔπη καλούμενα* (*περὶ ψυχῆς α* 5. 410*b* 28). Bernays Dial p. 96. [*ἐν τοῖς* Ὀρφικοῖς (fragm. VI, 11 sqq.) *οὐ κακῶς λέγεται* (*περὶ Κόσμου* 7. 401*a* 27.).]

1) Commemoro ZELLERUM; cf. e. g. o. l. I. 1[5] pag. 74: „So verfehlt es aber auch wäre, diesen Unterschied zu verkennen, und die mythischen Kosmologen auf der einen, die Gnomiker auf der andern Seite mit Aelteren und Neueren den Philosophen beizuzählen" e. q. s. DIELESIUS, Die Fragmente der Vorsokratiker, in appendicem quidem relegat Orphicos una cum astrologis et Sophistis [cf. pag. V: „den Anhang", der die alten Kosmologen, Astrologen und Sophisten zufügt." INHALT. pag. X. ANHANG:

I. Kosmologische Dichtung. Cap. 66. Orpheus; 67. Musaios; 68. Epimenides.

II. Astrologische Dichtung.

III. Kosmologische Prosa. Cap. 71. Pherekydes v. Syros; 72. Theagenes; 73. Akusilaos.

demonstrare necesse habeo, ipsius, de quo hic agitur, PLATONIS iudicio certe inter philosophos illos esse numerandos aut certe tractandos. Argumenta autem sunt haec:

Primo. Quamquam certam et constantem *philosophiae* notionis definitionem in PLATONIS operibus non inveniri supra vidimus, nihilominus quae de notione illa dicit tam late patent, ut Orphicorum quoque doctrinas sub eam cadere videantur necessario.

Deinde. Accedit, quod harum doctrinarum summa cum Platonica philosophia artissime cohaeret, quod

---

IV. Altere Sophistik.

Nec tamen omnino a ZELLERI parte stare censendus est: medium locum tenere videtur. Item ROHDE, Psyche, cf. pag. 407. Aperte contra ZELLERUM e. g. GOMPERZ, quippe qui in opere suo notissimo quod inscribitur: Griechische Denker. Eine Geschichte der Antiken Philosophie I. (Leipzig. Veit. 1896) hunc sequatur ordinem:

ERSTES BUCH: Die Anfänge.

Einleitung.

Erstes Kapitel: Die alt-jonischen Naturphilosophen (inter quos numerat etiam Heraclitum).

Zweites Kapitel: Orphische Weltbildungslehren.

Drittes Kapitel: Pythagoras und seine Jünger.

Viertes Kapitel: Die Fortbildung der pythagoreischen Lehre.

Fünftes Kapitel: Der orphisch-pythagoreische Seelenglaube.

Praeterea etiam II (1902), pag. 327 cum philosophis coniunguntur Orphici: „Neben den Orphikern und Pythagoreern ist Xenophanes zu nennen." GRUPPE o. l.; cf. pag. 654 quo loco Pherecydes Syrius „philosophus" vocatur; cf. praeterea pagg. 641, 642, 643, alibi. EDUARD MEYER, Geschichte des Alterthums. Zweiter Band. Stuttgart 1893. Cf. pag. 747: „Mit den Anfängen der Philosophie steht sie [die orphische Lehre] in Wechselwirkung; gleichzeitig mit ihr und aus denselben Wurzeln ist sie erwachsen."

pag. 752: „Dem Parallelismus zwischen Orphik und Philosophie ist man erst in letzter Zeit näher getreten, so vor allem FREUDENTHAL, Theologie des Xenophanes 1886, ferner KERN, DIELS (de quo tamen supra) u. a.

pag. 753: „nicht wenige ihrer Lehren [der Orphik] decken sich fast völlig mit den Speculationen der ältesten Philosophen." Cf. praeterea pagg. 735, 736. WILLMANN, Geschichte des Idealismus. Erster Band. Vorgeschichte und Geschichte des antiken Idealismus. Braunschweig. Vieweg und Sohn 1894, passim.

accuratius demonstrare hic necesse non videtur. [1])

Tertio. At non solum iure ex his *efficitur*, Orphicos in eorum esse numero, quos PLATO philosophos aestimaverit, vel certe qui hac disputatione sint tractandi; non solum in disputatione de philosophia ad illustrandam sententiam suam toties ad illos recurrit PLATO [2]), ut, iudicium tractantes quod de prioribus *philosophis* tulit is, facere non possimus, quin de his quoque agamus: — ipse Plato in operibus suis diserte Orphicos inter philosophos numerat, aut certe cum his coniungit. Affero haec:

a. Sermones, in Phaedone relati, qui de vita post mortem agentes, artius cohaerent cum Orphicorum doctrinis et mysteriis, [3]) tales fuisse dicuntur, quales de *philosophia* haberi solerent a Socrate eiusque discipulis. [4])

b. In eodem dialogo [5]) rogatur, annon sit φιλόσοφος

---

1) Hic iam laudo GOMPERZII verba (Griechische Denker II, pag. 328), dass erst Platon die in dem Grundprincip der Orphik schlummernde Consequenz gezogen hat. Cf. praeterea o. l. I. pag. 111; SCHMIDT, die Ethik der alten Griechen I, pagg. 99, 100; DIELS, Parmenides. pag. 22: „die Vereinigung orphischer Apokalyptik mit eleatischer Dialektik, welche Platons Grösse ausmacht."

2) Cf. OLYMPIOD. ad Plat. Phaed. p. 70 C: *πανταχοῦ γὰρ ὁ Πλάτων παρῳδεῖ τὰ τοῦ Ὀρφέως*, ABEL. Orphica. pag. 245.

PLUTARCHUS Comp. Cimon. et Lucull. p. 521: *Ὥσπερ Πλάτων ἐπισκώπτει τοὺς περὶ τὸν Ὀρφέα τοῖς εὖ βεβιωκόσι φάσκοντας ἀποκεῖσθαι γέρας ἐν Ἅιδου μέθην αἰώνιον*, ABEL. pag. 247. Quid de talibus effatis censendum sit, hic non exponam. Postea PLATONIS locorum, huc pertinentium, gravissimos recensebo.

3) Cf. WILLMANN o. l. pag. 34: „Platons Dialog Phädon steht ganz auf dem Boden der Mysterienlehre; werden doch darin die Bakchen als die echten Philosophen charakterisiert." Inter mysteria et Orphicos discernendum esse, non ignoro; sed discrimen hoc hic nihil ad rem.

4) Cf. Phaedon. 59 A (PHAEDO loquitur): *διὰ δὴ ταῦτα οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰσῄει, ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι παρόντι πένθει· οὔτε αὖ ἡδονὴ ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων, ὥσπερ εἰώθειμεν· καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν κ.τ.λ.*

5) 61 C.

Euenus, cum mori nolit, id quod *οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι* (64 B)[1]) ex animo cupiant,[2]) quodque eos cupere multitudo etiam credat, licet hanc vera huius studii causa et ratio lateat.[3])

Causa vero haec in eo posita est, quod vere philosophi nihil studeant, nisi acquirere *φρόνησιν*, *φρόνησις* autem haec in morte sola affatim acquiratur.[4]) Quae *φρόνησις* denique ipsa esse dicitur *καθαρμός*.[5]) Talem *καθαρ-*

---

1) Cf. 61 C: *πᾶς ὅτῳ ἀξίως τούτου τοῦ πράγματος* [sc. *τῆς φιλοσοφίας*] *μέτεστιν.*

2) l. l.: *οὐδὲν ἄλλο αὐτοί* [sc. *ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας*] *ἐπιτηδεύουσιν ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι.*

3) 64 B: *λέληθεν γὰρ αὐτούς, ᾗ τε θανατῶσι καὶ ᾗ ἄξιοί εἰσιν θανάτου.*

4) 68 A: *ἤρων δὲ φρονήσεως ..... φρονήσεως δὲ ἄρα τις τῷ ὄντι ἐρῶν, καὶ λαβὼν σφόδρα τὴν αὐτὴν ταύτην ἐλπίδα, μηδαμοῦ ἄλλοθι ἐντεύξεσθαι αὐτῇ ἀξίως λόγου ἢ ἐν Ἅιδου, ἀγανακτήσει τε ἀποθνήσκων καὶ οὐκ ἅσμενος εἶσιν αὐτόσε;*

Cf. praeterea 66 E: *δυοῖν θάτερον, ἢ οὐδαμοῦ ἔστιν κτήσασθαι τὸ εἰδέναι ἢ τελευτήσασιν.* Animadvertas autem, huiusce dilemmatis priorem partem, nusquam scilicet acquiri posse scientiam, omnino neglegi a PLATONE: scientiam rerum esse, ponit nec tamen demonstrat.

5) 69 B: .. *καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ.* Cf. AST, Annotat. in Phaedr. 243 A (Platonis quae exstant Opera. Tom. X, Annotat. part. prim. contin. pag. 355): „Hanc autem vocem [*καθαρμός*] et similes (ut *κάθαρσις, καθαρός, καθαρεύειν* al.) Plato accommodat ad id quod mentem nostram expiat s. purgat, ad virtutis praecipue et veritatis studium; quocirca ipsa philosophia *καθαρμός* et *κάθαρσις* dicitur, ut Phaedon. 67 C 69 C: ... Cf. PLOTIN. Ennead. I, 6 p. 55 A. Etenim *ἡ κάθαρσις καὶ οἱ καθαρμοί*, ut Cratyl. 405 A. exponitur, *ἕν τι — δύναιτ' ἄν, καθαρὸν παρέχειν τὸν ἄνθρωπον καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν.* Atque hoc altiore s. philosopho sensu iam Orphici videntur voces *κάθαρσις, καθαρμός*, alias usurpasse, vid. ARISTOT. Polit. VIII, 7."

Ex his iam perspicitur — id quod in proximis accuratius demonstrabo —, errare HERMANNUM, cum hanc quae inter Platonem et Orphicos extat congruentiam, ad externam illius doctrinae formam tantum et artis vocabula quaedam pertinere censeat o. l. pag. 200: „und wenn er sich auch bisweilen in Beziehung auf seine Philosophie solcher Ausdrücke und Gleichnisse bedient, die aus der Sprache der Mysterien entnommen sind, so darf man daraus so wenig auf eine Billigung oder, wie es in alter und neuer Zeit öfters geschehen ist, auf eine Ableitung seiner Lehren aus jenen schlies-

μόν curant *οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι* [h. e. auctore STALLB.: noti illi, celebrati illi, mea vero opinione imprimis: Platonis discipulis noti] *καταστήσαντες*, quibus verbis aperte indicantur Orphici.[1]) Illi sunt qui dixerunt: *ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ τε παῦροι* (69 C): qui *βάκχοι* ex PLATONIS sententia nulli sunt nisi *οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς*. Iam tenes artissimum illud vinculum, quod inter Orphicorum doctrinas et philosophiam extat PLATONIS iudicio: *φιλοσοφίας* finis est *φρόνησιν* acquirere; *φρόνησις* autem haec est *καθαρμός*; quem *καθαρμόν* quaerunt Orphici.

Itaque non mirum est, praemium quod post mortem *ψυχῇ ὀρθῶς φιλοσοφούσῃ* sit propositum, exprimi verbis e mysteriorum penetralibus sumptis:[2]) in quo vera PLATONIS philosophiae cernitur indoles: cui hoc cum mysticis illis doctrinis est commune, ut ad *τὰ ἀόρατα* spectet: nam cum *φιλόσοφος* idem sit ac *φιλομαθής*,[3])

---

sen, dass er damit" e. q. s., cf. adnn. 174 et 175 (pag. 302). Scilicet magnum extat discrimen inter vera et falsa mysteria. Praeterea vero ei loci quibus non nisi mysteriorum *vocabula* usurpat, quales sunt Theaet. 155 E, 156 A (vide supra, pag. 28), separandi sunt ab iis, qui de ipsis mysteriis agunt. Sed ad haec postea recurram.

Ceterum quod hic *φρόνησις* et *καθαρμός* exaequantur, iterum duae illae Platonicae philosophiae partes cernuntur, de quibus supra dixi.

1) STALLBAUM ad locum: „In quo respicitur procul dubio ad una maxime mysteria Orphica."

2) Phaedon. 80 E sqq.: *ἐὰν μὲν καθαρὰ [ἡ ψυχὴ] ἀπαλλάττηται, μηδὲν τοῦ σώματος ξυνεφέλκουσα, ἅτε οὐδὲν κοινωνοῦσα αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ ἑκοῦσα εἶναι, ἀλλὰ φεύγουσα αὐτὸ καὶ συνηθροισμένη αὐτὴ εἰς αὐτήν, ἅτε μελετῶσα ἀεὶ τοῦτο — τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥᾳδίως· ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη μελέτη θανάτου;' 'παντάπασί γε.' 'οὐκοῦν οὕτω μὲν ἔχουσα εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ ἀειδὲς ἀπέρχεται, τὸ θεῖόν τε καὶ ἀθάνατον καὶ φρόνιμον, οἷ ἀφικομένῃ ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαίμονι εἶναι, πλάνης καὶ ἀνοίας καὶ φόβων καὶ ἀγρίων ἐρώτων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τῶν ἀνθρωπείων ἀπηλλαγμένῃ, ὥσπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμυημένων, ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ τῶν θεῶν διάγουσα; οὕτω φῶμεν, ὦ Κέβης, ἢ ἄλλως';* 'Οὕτω νὴ Δία,' ἔφη ὁ Κέβης.

3) Cf. Phaedon. 66 B (*τοῖς γνησίως φιλοσόφοις*) cum 67 B (*τοὺς ὀρθῶς φιλο-*

μαθήσει autem acquiratur *ἐπιστήμη*,[1]) *ἐπιστήμη* vero non extet *τῶν ὁρατῶν*, extet *τῶν ἀοράτων*,[2]) philosophorum est, cognoscere *τὰ ἀόρατα*.

Postremus quem hic afferam locus est Cratyl. 400 B sqq., quo loco et cum Pythagoreis aliisque conferuntur Orphici, et adscribuntur iis doctrinae, quae ad philosophiam pertinent: *καὶ γάρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ* [sc. *τὸ σῶμα*] *εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι·*[3]) *καὶ διότι αὖ τούτῳ σημαίνει ἃ ἂν σημαίνῃ ἡ ψυχή, καὶ ταύτῃ σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα*[4]) *τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσιν· τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σῴζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα· εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο, ὥσπερ αὐτὸ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲν δεῖν παράγειν οὐδὲ γράμμα.*

Sed haec ad *eschatologicas* quae dicuntur doctrinas pertinent omnia: idem vero de *physicis* est dicendum. Sic, ut afferam exemplum, Theaet. 179 E in eodem genere ponuntur Heracliti et Orphicorum dogmata: *καὶ γὰρ* — THEODORUS inquit —, *ὦ Σώ-*

μαθεῖς), praeterea 82 B: *Εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἀλλ' ἢ τῷ φιλομαθεῖ*, Republ. II 376 B: *Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον ἐγώ, τό γε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταὐτόν; Ταὐτὸν γάρ, ἔφη.* Vide STALLBAUM ad Phaedon. 82 D, cap. XXXIII.

1) Cf. Phaedon. 75 E: *ἆρ' οὐχ ὃ καλοῦμεν μανθάνειν οἰκείαν ἐπιστήμην ἀναλαμβάνειν ἂν εἴη;*

2) Cf. Phaedo passim, e. g. 79, 83 B.

3) Cf. STALLBAUM: „*καὶ γὰρ σῆμά τινες φασιν*] Gorg. p. 493 A. *ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα*, ubi quae annotata sunt, Heracliti hanc fuisse sententiam aliorumque veterum philosophorum, etiam Philolai, satis superque docebunt."

Vide praeterea ZELLERUM, Ph. d. Gr. I, 1[5], pagg. 450, 551 et ibid. adnott.

4) Iniuria HIRZEL, Commentatt. Mommsen. pag. 17 verba quae sunt *οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα*, reiecit; cf. ZELLER, o. l. pag. 59, adn. 2.

Postea ad locum recurram.

κρατες, περὶ τούτων μὲν τῶν Ἡρακλειτείων[1]) ἤ, ὥσπερ σὺ λέγεις,[2]) Ὁμηρείων καὶ ἔτι παλαιοτέρων αὐτοῖς μὲν τοῖς περὶ τὴν Ἔφεσον, ὅσοι προσποιοῦνται ἔμπειροι εἶναι, οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε διαλεχθῆναι ἢ τοῖς οἰστρῶσιν: verbis quae sunt ἔτι παλαιοτέροις Orphicorum indicari doctrinas, iam annotavit HEINDORFIUS.[3]) Itemque Cratyl. 402 B sqq. Orpheus cum Heraclito coniungitur:[4]) λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς ὅτι

> Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίρροος ἦρξε γάμοιο,
> ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

ταῦτα οὖν σκόπει ὅτι καὶ ἀλλήλοις συμφωνεῖ καὶ πρὸς τὰ τοῦ Ἡρακλείτου πάντα τείνει.

Ut PLATO, ita Graecorum censuerunt alii.[5]) Con-

---

1) Recte apud WOHLRABIUM HEIND.: „de Heracliteis hisce dogmatis...."

2) Animadvertas haec ὥσπερ σὺ λέγεις: diligenter hoc effatum Socrati tribuitur a THEODORO.

3) WOHLRAB in Theaet. editione ad h. l.: „ἔτι παλαιοτέρων.... Orpheum intellegit. Cf. Cratyl. 402 A sq." „HEIND".

4) Non video tamen, quid sibi velit ZELLER, Ph. d. Gr. I. 1[3] pag. 74, adn. 1: „Wie diess [sc. die mythischen Kosmologen auf der einen, die Gnomiker auf der andern Seite — den Philosophen beizuzählen] schon in der Blüthezeit der griechischen Philosophie theils von den Sophisten, theils von den Anhängern naturphilosophischer Systeme geschah; von jenen bezeugt es PLATO Prot. 316 D vgl. 338 E ff., von diesen Derselbe Krat. 402 B und ARIST. Metaph. I, 3, 933 [lege 983] b 27 (vgl. SCHWEGLER z. d. St.)"

Cratyl. 402 B non aliis attribuit talem sententiam PLATO, sed profert ipse, i. e. Socratem facit proferentem; ARISTOTELES autem nihil dicit nisi: εἰσὶ δέ τινες. Cf. pag. 68 et ibi adn. 1. Itaque haec minus sunt perspicua.

Ceterum hoc loco iis quae pag. 61 sqq., adn. 1 dicta sunt, addere liceat, iam anno p. Chr. n. 1781 D. TIEDEMANN edidisse opus, quod inscriptum erat: Griechenlands erste Philosophen oder Leben und Systeme des Orpheus, Pherecydes, Thales und Pythagoras. Cf. UEBERW.-H. o. l. pag. 32.

5) Cf. WILLMANN, o. l. pag. 12: „6. In dem Gewebe von ältesten Ueberlieferungen, an welches die Pietät der griechischen Denker die Anfänge

feras ea quae dicit ARISTOTELES Metaphys. I, 3, 983 *b* 8 sqq., 27 sqq.: *τὸ μέντοι πλῆθος καὶ τὸ εἶδος τῆς τοιαύτης ἀρχῆς οὐ τὸ αὐτὸ πάντες λέγουσιν, ἀλλὰ Θαλῆς μὲν ὁ τῆς τοιαύτης ἀρχηγὸς φιλοσοφίας ὕδωρ εἶναί φησιν*· .... *εἰσὶ δέ τινες οἵ*[1]) *καὶ τοὺς παμπαλαίους καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως καὶ πρώτους θεολογήσαντας οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως ὑπολαβεῖν· Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην ὑπ' αὐτῶν Στύγα* [*τῶν ποιητῶν*]· *τιμιώτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτατον, ὅρκος δὲ τὸ τιμιώτατόν ἐστιν.* Quamquam ipse rem in medio relinquit: *εἰ μὲν οὖν ἀρχαία τις αὕτη καὶ παλαιὰ τετύχηκεν οὖσα περὶ τῆς φύσεως ἡ δόξα, τάχ' ἂν ἄδηλον εἴη, Θαλῆς μέντοι* κ.τ.λ.

Audias imprimis apud EUSEBIUM[2]) PLUTARCHUM: *Ὅτι μὲν οὖν ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκρυμμένος μύθοις, τὰ πολλὰ δι' αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἐπίκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία, τά τε λαλούμενα τῶν σιγωμένων σαφέστερα τοῖς πολλοῖς ἔχοντα καὶ τὰ σιγώμενα τῶν λαλουμένων ὑποπτότερα, δῆλόν ἐστιν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι καὶ τοῖς Αἰγυπ-*

---

ihrer Philosophie geknüpft sieht, finden wir" e. q. s., pag. 14: „7. Der Anschauung der Alten, dass ihre Philosophie in Urtraditionen vorgebildet sei, schliessen sich" e. q. s.

1) Nescio tamen an ipsum Platonem hic indicet ARISTOTELES verbis quae sunt *εἰσὶ δέ τινες*; cf. Crat. 402 B; Theaet. 152 E, 180 D. Vide BONITZII Ind. i. v. *Πλάτων*: „1. libri Platonis et qui feruntur Platonis esse ab Arist. ita respiciuntur ut aut ... aut denique cum nec libri nec Platonis nomen adhibeatur, veluti *φασί, οἴονται, νομίζουσί τινες*, Platonem et certum quidem eius librum respici vel certum sit vel probabiliter coniiciatur."

2) Praep. Evang. III. 1. 1. PLUTARCH. ed. DUEBNER (Didot), vol. V: Fragm. et spur., pag. 17, IX, 1. Cf. praeterea de Pyth. Orac. XVIII: *πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς*· κ.τ.λ.

τιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις· μάλιστα δὲ οἱ περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμοὶ καὶ τὰ δρώμενα συμβολικῶς ἐν ταῖς ἱερουργίαις τὴν τῶν παλαιῶν ἐμφαίνει διάνοιαν. [1])

Restant praeterea alii multi, quos omnes hic enumerare longum est, qui tamen universi una mente atque voce philosophorum in grege Orphicos adnumerant. [2])

Neque iniuria ita censuerunt. Philosophia et mythologia cum per se ipsae artius cohaereant, [3]) tum maxime quod ad prae-Socraticorum tempora communi quodam vinculo ita sunt iunctae, [4]) ut interdum altera ab altera vix possit separari. Imprimis istis temporibus, quibus velut in incunabilis erat philosophia, necdum semper iustas cogitatis formas invenerat aut a sensibus mentem sevocarat, — iis temporibus maxime ad sensa verbis exprimenda mythis indigebat.

Mythologia et philosophia [5]) sane inter se differunt,

---

1) Cf. de hoc loco et de mythorum interpretatione allegorica quae eo continetur: GRUPPE o. l. pag. 508. Vide praeterea CHR. AUG. LOBECK, Aglaopham. I, pag. 605.

2) Cf. WILLMANN, o. l. cap. I (Vorgeschichtliche Anfänge der Philosophie), § 1: Stimmen der Alten über die Herkunft ihrer Philosophie aus Urtraditionen.

3) Cf. BOECKH, Encyclop. pag. 559: „Es ist daher jedenfalls inconsequent, wenn man zwar die Mythologie, aber nicht die Geschichte der Philosophie unter die philologischen Disciplinen rechnen will, als ob die Philosophie etwas anderes als die zur Klarheit des Verstandes erhobene Mythologie wäre."

Quamquam non dico prorsus me haec probare.

4) Cf. GRUPPE, C. u. M. pag. 653: „In dem ungeheuren Process, den auf griechischem Boden das menschliche Denken durchmachte, indem es von der religiösen Erkenntnis zum voraussetzungslosen (?) Forschen, vom Mythos zum Logos fortschritt, in diesem Process bezeichnen unsere Gedichte die frühere, Herakleitos die spätere Phase." sqq.

5) Conf. de universa hac re F. PAULSEN, Einleitung in die Philosophie,

sed discrimen minus ad argumentum, ad materiam, quam tractant pertinet, quam ad eos qui tractant et ad animi facultatem, qua tractantur; argumentum in utraque idem est. [1]) Hoc autem cum de uni-

---

Berlin. Hertz 1892: Einleitung. Wesen und Bedeutung der Philosophie. 1. Das Verhältnis der Philosophie zur Religion und Mythologie.

1) PAULSEN, o. l. pag. 3: „In zwei Stücke lässt sich der Unterschied fassen, es ist ein Unterschied des Subjekts und der Funktion. Was den ersten Unterschied anlangt, so ist Subjekt oder Träger der mythologischen Weltvorstellung der Gesamtgeist, der Philosophie der Einzelgeist..... pag. 4: „Der Verschiedenheit des Subjekts entspricht die Verschiedenheit der Funktion. Philosophie wird durch die Arbeit des forschenden und denkenden Verstandes hervorgebracht; die mythisch-religiöse Weltanschauung ist ein Erzeugnis der dichterischen Phantasie, welche die gegebenen Anschauungen kombiniert, ergänzt und aus der Beziehung zu einer von ihr geschaffenen transcendenten Welt deutet. Alle Ereignisse am Himmel und auf der Erde werden, wenn auch nicht in systematischer Durchführung, so doch gelegentlich als Willensbethätigungen jenseitiger Mächte aufgefasst, die zu dem Ich in freundlicher oder feindlicher Beziehung stehen, Förderung oder Hemmung seiner Zwecke verheissen. Alle Erklärung der Dinge hat die Form der Deutung des Warum und Wozu.

Die Philosophie dagegen beginnt mit der verstandesmässigen Auffassung, die dadurch charakterisiert ist, dass sie die Dinge nimmt, wie sie sind (?). In erster Linie auf die Frage nach dem Was und Wie, statt der Frage nach dem Wozu gerichtet, sucht sie zunächst die Erscheinungen als solche und ihre Beziehungen in Raum und Zeit festzustellen. Auf diesem Wege gelangt sie zur Erkenntnis gesetzmässiger Zusammenhänge und mit ihrer Hülfe versucht sie dann mit fortschreitender Vollkommenheit die Konstruktion der Dinge im Grossen. Das ist das wissenschaftliche Verfahren. Philosophie ist ursprünglich gar nichts anderes als wissenschaftliche Erkenntnis der Wirklichkeit im Unterschied oder im Gegensatz zur mythisch- (pag. 5) religiösen Weltvorstellung. Damit ist gegeben, dass die Form, in der Philosophie und mythisch-religiöse Weltvorstellung dem Einzelnen inne wohnen, verschieden ist: an der Philosophie hat das Individuum durch Denken, an Mythologie und Religion durch Glauben Teil."

Haec tamen — quae integra exscripsi quia artius cohaerent inter se — etsi quae inter philosophiam et mythologiam intercedat ratio, bene exponunt, universa me probare ne quis putet. Immo vero arbitror, a falsis rationibus proficisci virum clarissimum PAULSEN, id quod imprimis apparet ex eo quod mythologiam et religionem inter se confundit et eodem ponit numero.

Qua in re omnino non convenit mihi cum viro doctissimo. Scilicet multo

versa philosophia est dicendum, si latiore sensu intellegitur, [1]) tum maxime de *antiqua* philosophia, cuius vis revera latissime patet. [2])

Antiqua, quae erat ante ARISTOTELEM, philosophia nondum erat ea, qualem nos philosophiam proprie dictam interpretamur: mixta erat multis, quae nostro iudicio ad philosophiam non pertinent. [3]) A populi opinionibus antiquitus acceptis profecta erat, nec statim satis erat firma ut prorsus ab iis solvere se posset: nondum assueverat animo videre; ad oculos plurima referebat.

Praeterea vero permulta sunt, quae omnino non nisi μυθικῶς — sit venia verbo — dici queunt. Itaque etsi non *omnes* mythos ad philosophiam pertinere

---

latius patere puto quam mythologiae religionis vim. Optime quae voci huic subiecta sit notio, definire mihi videtur CALVINUS ille, Religion. Christ. Institut. 1559. Lib. I cap. 2, i. f.: „En quid sit pura germanaque religio; nempe fides cum serio Dei timore coniuncta; ut timor et voluntariam reverentiam in se contineat, et secum trahat legitimum cultum qualis in lege praescribitur."

Quod ad subiectum igitur fundamentum, ut ita dicam, est fides; ex dei maiestate et potentia oriuntur timor et reverentia, unde, quod ad actum, fit cultus.

Mythi autem oriuntur ex sensu divinitatis, natura hominibus insito, quo utitur phantasia, ut ea quae sub sensus non cadunt, sensibus comprehendat et referat.

Itaque omnino non sunt eiusdem generis religio et mythologia. Cf. praeterea A. KUYPER, Encyclopaedie der heilige Godgeleerdheid, II, 1894, pagg. 249 sqq.; H. BAVINCK, Gereformeerde Dogmatiek, I, 1895, pagg. 171 sqq.

1) Cf. PAULSEN o. l. pag. 2 sqq.: Philosophie „ist im allgemeinsten Sinne des Wortes nichts anderes, als der stets wiederholte Versuch, ein Ganzes von Vorstellungen und Gedanken über Gestalt und Zusammenhang, über Sinn und Bedeutung aller Dinge zu gewinnen."

2) GOMPERZ, o. l. I, pag. 420: „Philosophie war von Haus aus Universalwissenschaft, und zwar im Sinne des Altertums als eine das Leben leitende und bestimmende Macht."

3) Cf. GOMPERZ l.l.

probe scio, minime tamen mythicum involucrum necessario est impedimento, quominus ea quae continentur, ad philosophiam pertineant: immo vero mythi natura ea solet esse ut mythica sua forma contineat ea, quae, philosophe cogitata, alio modo dici nequeant.

Optime haec mythi indoles cernitur in PLATONE.[1]) Audias ZELLERUM:[2]) „Die platonischen Mythen deuten ... fast immer auf eine Lücke der wissenschaftlichen Erkenntniss: sie treten da ein, wo etwas dargestellt werden soll, was der Philosoph zwar als wirklich anerkennt, dessen wissenschaftliche Feststellung aber über seine Mittel hinausgeht": et paulo ante: „Andererseits aber ist der Mythus, im ganzen genommen, bei ihm nicht etwa nur ein Gewand, welches Gedanken umgeworfen würde, die vorher schon in rein wissenschaftlicher Gestalt vorhanden waren; sondern diese Darstellungsform ist ihm selbst noch in manchen Fällen Bedürfniss, und seine Meisterschaft in derselben beruht gerade darauf, dass sie diess ist, dass er nicht erst nachträglich, auf dem Wege der Reflexion, für den Gedanken ein Bild sucht, sondern auf ursprünglichere Weise, als schaffender Künstler, in Bildern denkt,[3]) dass der Mythus in der Regel nicht das

---

1) Opera, quae de mythis Platonicis scripta sunt, enumerat UEBERWEG-HEINZE o. l. pag. 189. Bene de mythorum et philosophiae apud PLATONEM consuetudine disserit STALLBAUM, Prolegg. ad Phaedr. p. CXXXV sqq.; cf. eundem ad Rep. 614 B (Platonis Politia. Vol. II, pagg. 428 sqq.).

2) Ph. d. Gr. II. 1⁴, pagg. 580 sqq.

3) Ad nostram disputationem eos tantum pertinere mythos, quos aliunde sumpserit PLATO, non quos ipse fecerit, ipsum per se intellegitur; verum est, non semper facile hos discerni; nec tamen multum refert: in iis

wiederholt, was der Philosoph anderwärts dialektisch ausgesprochen hat, sondern das, wofür ihm der begriffliche Ausdruck noch fehlt, ahnend vorausnimmt."

Eodem modo UEBERWEG-HEINZE:[1] „Der Mythus, der das Seiende in der Form des Werdenden und das Psychische in der Form des sinnlich Wahrnehmbaren erscheinen lässt, ist ein Erleichterungsmittel der subjectiven Auffassung und zugleich ein notwendiges Element der poetisch-philosophischen platonischen Darstellung..... Die gleichnissmässige oder mythische Darstellung ist selbst bei dem Ideellen möglich, bei seinem Verhältniss zum Sinnlichen für Platon insofern nothwendig, als er dieses Verhältniss um des (wie Deuschle sagt) „nicht genetischen, sondern ontischen" (ontologischen) Charakters seiner Ideenlehre willen nicht in rein wissenschaftlicher Form auffassen konnte."[2]

Haec ita esse, ipse PLATO distinctis verbis indicavit:[3] ea quae in Phaedone narrat SOCRATES, *μυθολογεῖν* se dicit (61 E); itemque quae de inferis narraturus est, *μῦθον* nominat: 110 B: *εἰ γὰρ δεῖ καὶ μῦθον λέγειν [καλόν], ἄξιον ἀκοῦσαι, ὦ Σιμμία, οἷα τυγχάνει τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὄντα.' 'ἀλλὰ μήν,' ἔφη ὁ Σιμμίας, ὦ Σώκρατες, ἡμεῖς γε τούτου τοῦ μύθου ἡδέως ἂν ἀκούσαιμεν.'* Mytho autem hoc exposito haec addit (114 C sqq.): *Τὸ μὲν οὖν τοιαῦτα διισχυρίσασθαι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα, οὐ πρέπει νοῦν ἔχοντι ἀνδρί· ὅτι μέντοι ἢ ταῦτ'*

---

quos commemoret PLATO mythis, multa esse quae aliunde sumpserit, nemo negabit; id quod hic sufficit.

1) o. l. pag. 192.

2) Cf. praeterea H. WAS, Plato's Politeia. Arnhem 1885, pag. 54: „Wie Plato verklaren wil, moet mythen verklaren."

3) Cf. ZELLER o. l. pag. 581, adn. 1.

ἐστὶν ἢ τοιαῦτ' ἄττα περὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ τὰς οἰκήσεις, ἐπείπερ ἀθάνατόν γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα, τοῦτο καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ καὶ ἄξιον κινδυνεῦσαι οἰομένῳ οὕτως ἔχειν· καλὸς γὰρ ὁ κίνδυνος· καὶ χρὴ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ ἐπᾴδειν ἑαυτῷ, κ.τ.λ.

Simile quid dicitur de mythologica Timaei dialogi cosmologia Tim. 29 C sqq.: ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντη πάντως αὐτοὺς ἑαυτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς· ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, μεμνημένους, ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.[1])

Διαλεκτικῆς certitudinem igitur de PLATONIS sententia non praebet mythus: probabilia tantum coniectura sequitur; ultra enim quo progrediatur, quam ut veri similia ostendat, non habet.[2]) At id ipsum mythi est proprium, ut ibi adhibeatur solum, ubi certa et fixa locum non habeant nec attingi possint, ut tecte *indicet*, quae *dici* nequeant: Legg. 713 A:

. . . . χρῆν δ' εἴπερ τὸ τοιούτου τὴν πόλιν ἔδει ἐπονο-

---

1) Idem fere in Timaeo saepius iteratur: 30 B: οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν κ.τ.λ., 48 C: τὴν μὲν περὶ ἁπάντων εἴτε ἀρχὴν εἴτε ἀρχὰς εἴτε ὅπῃ δοκεῖ τούτων πέρι τὸ νῦν οὐ ῥητέον, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα, μήτ' οὖν ὑμεῖς οἴεσθε δεῖν ἐμὲ λέγειν, οὔτ' αὐτὸς αὖ πείθειν ἐμαυτὸν εἴην ἂν δυνατός, ὡς ὀρθῶς ἐγχειροῖμ' ἂν τοσοῦτον ἐπιβαλλόμενος ἔργον· τὸ δὲ κατ' ἀρχὰς ῥηθὲν διαφυλάττων τὴν τῶν εἰκότων λόγων δύναμιν, πειράσομαι κ.τ.λ., 72 D: Τὰ μὲν οὖν περὶ ψυχῆς, ὅσον θνητὸν ἔχει καὶ ὅσον θεῖον, καὶ ὅπῃ, καὶ μεθ' ὧν, καὶ δι' ἃ χωρὶς ᾠκίσθη, τὸ μὲν ἀληθές, ὡς εἴρηται, θεοῦ ξυμφήσαντος τότ' ἂν οὕτω μόνως διισχυριζοίμεθα· τό γε μὴν εἰκὸς ἡμῖν εἰρῆσθαι καὶ νῦν καὶ ἔτι μᾶλλον ἀνασκοποῦσι διακινδυνευτέον τὸ φάναι, καὶ πεφάσθω.

2) Cf. UEBERWEG, Unterss. pag. 289; STALLB. ad Rep. 545 E (II pag. 209).

μάζεσθαι, τὸ τοῦ ἀληθῶς τῶν τὸν νοῦν ἐχόντων δεσπόζοντος θεοῦ ὄνομα λέγεσθαι.

ΚΛ. Τίς δ' ὁ θεός;

ΑΘ. Ἆρ' οὖν μύθῳ σμικρά γ' ἔτι προσχρηστέον, εἰ μέλλομεν ἐμμελῶς πως δηλῶσαι τὸ νῦν ἐρωτώμενον;

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Οὐκοῦν χρὴ ταύτῃ δρᾶν.

Ceterum vero, licet non ipsa sit philosophia, ad philosophiam certe pertinet mythus [1]) : iam afferendum est hic id quod Tim. 22 C sqq. legitur, quo loco Aegyptiorum sacerdotum quis Soloni dixisse narratur: τὸ γὰρ οὖν καὶ παρ' ὑμῶν, inquit, λεγόμενον, ὥς ποτε Φαέθων Ἡλίου παῖς τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν τά τ' ἐπὶ γῆς ξυνέκαυσε καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς διεφθάρη, τοῦτο μύθου μὲν σχῆμα ἔχον λέγεται, τὸ δὲ ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γιγνομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ πολλῷ φθορά, quam doctrinam cum convenire cum iis quae aliis locis statuat PLATO (Politic. p. 269 sqq,, Legg. III, p. 677 A sqq.), tum omnino aliorum philosophorum sententiis (Orphicorum, Heracliti aliorum) similem esse, apparet ex iis quae ad locum adnotat STALLBAUM.

De iis, quae in libris De Republ. scriptis exponuntur, Tim. 26 C sqq. in hunc modum disserit CRITIAS cum Socrate: τοὺς δὲ πολίτας καὶ τὴν πόλιν, ἣν χθὲς ἡμῖν ὡς ἐν μύθῳ διῄεισθα σύ, νῦν μετενεγκόντες ἐπὶ τἀληθὲς δεῦρο θήσομεν ὡς ἐκείνην τήνδε οὖσαν, κ.τ.λ.

---

1) Cf. STALLB. ad Rep. 614 B: „Etenim continentur mythi apud Platonem fere arctiore quadam cum ipsa philosophiae doctrina necessitudine, quam plerique suspicati sunt" e. q. s.

Item in ipsorum de Republica librorum fine quae ibi exposita sunt, *μῦθος* appellantur, et mytho huic tribuitur vis, quae alibi *φιλοσοφίᾳ* impertitur: Rep. 621 B sqq.: *Καὶ οὕτως, ὦ Γλαύκων, ὁ μῦθος ἐσώθη καὶ οὐκ ἀπώλετο*[1]), *καὶ ἡμᾶς ἂν σώσειεν, ἂν πειθώμεθα αὐτῷ, καὶ τὸν τῆς Λήθης πόταμον εὖ διαβησόμεθα καὶ τὴν ψυχὴν οὐ μιανθησόμεθα·* quibus verbis annotat STALLBAUM: „Eleganter nimirum his verbis significat philosophus, quae hactenus fabulose exposita sint, ea utique valere quum ad studium virtutis ac sapientiae tum ad vitae futurae beatitatem." Haec si conferuntur cum iis, quae in Phaedone *vere philosophis* proponuntur praemia, facile apparebit, quantopere inter se cohaereant mythus et philosophia.

Denique non solum voces *μῦθος* et *λόγος* coniungit PLATO,[2]) sed etiam dubitat interdum, utro vocabulo quae dicat sint nominanda: Legg. 872 D: *ὁ γὰρ δὴ μῦθος, ἢ λόγος ἢ ὅτι χρὴ προσαγορεύειν αὐτόν, ἐκ παλαιῶν ἱερέων εἴρηται σαφῶς, ὡς ἡ τῶν ξυγγενῶν αἱμάτων τιμωρὸς δίκη ἐπίσκοπος νόμῳ χρῆται τῷ νῦν δὴ λεχθέντι καὶ ἔταξεν ἄρα δράσαντί τι τοιοῦτον παθεῖν ταὐτὰ ἀναγκαίως ἅπερ ἔδρασεν·* κ.τ.λ., ad quem locum conferenda sunt quae de ratione quae inter *μῦθον* et *λόγον* in prae-Socratica Graecorum philosophia intercedit, attulimus ex GRUPPII opere.[3])

Eandem vero mythi naturam — scilicet ut mythicae formae subiecta sit materia quae ad philosophiam pertinet, — eandem mythi naturam, inquam,

---

1) De hac formula cf. STALLB. ad l. (pag. 454).

2) Cf. Legg. 664 A.

3) Pag. 69, adn. 4. — Ceterum eodem modo quo PLATO de mythis iudicat ARISTOTELES, cf. WILLM. o. l. pag. 456.

Orphicae quoque[1]) exhibent doctrinae,[2]) maximeque eae quae dicuntur eschatologicae. Itaque facile intellegitur, et multos qui ante ARISTOTELEM fuerunt philosophos sensa mentium μυθικῶς dicendo expres-

---

1) Cf. ROHDE, Psyche, pag. 407: „Die Verbindung von Religion und einer halb philosophischen Speculation war ein kennzeichnende Eigenthümlichkeit der Orphiker und ihrer Schriftstellerei."

2) Orphicorum doctrinae cum non sint unum quid et aliae fuerint saepe temporibus aliis, difficilius est ad diiudicandum, quaenam earum fuerit summa. Cf. de hac varietate GRUPPE o. l. pag. 554 (de hymnis Orphicis): „Es scheint auch auf diesem Gebiet der orphischen Litteratur, als seien sich verschiedene Schichten gefolgt, von denen successive die jüngere die ältere verdrängte, so dass der Name des Orpheus in den verschiedenen Perioden für ganz verschiedene litterarische Erzeugnisse in Anspruch genommen wurde."

pag. 612 (de theogoniis Orphicis): „Dazu kommt, dass diese Gedichte sich in einem beständigen Fluss befunden haben müssen, in welchem die meisten einzelnen Erscheinungen zu verschwimmen scheinen, und in welchem wir nur mit Mühe einige feste Punkte zu entdecken vermögen." GRUPPE in ROSCHER, Ausführliches Lexikon der Griechischen und Römischen Mythologie, i. v. Orpheus, col. 1119: „Es kann nicht bezweifelt werden, dass diese ungeheure Litteratur weder im ganzen noch auch in erheblichen Bestandteilen durch das planmässige Zusammenwirken einer Anzahl sich als Einheit fühlender Dichter entstanden ist, sondern im Laufe eines Zeitraumes von Jahrtausend nach den verschiedenartigsten Gesichtspunkten." GOMPERZ, o. l. pag. 76: „Man kann sich des Eindrucks kaum erwehren, dass die Bestandtheile dieser Weltbildungslehre nicht völlig gleichartige sind und erst nachträglich zu einem Ganzen verschmolzen wurden."

pagg. 68 sqq.: „Die orphischen Lehren .... sind uns in mannigfaltigen, teilweise weit von einander abweichenden Ausgestaltungen erhalten."

Nihilominus omnia haec carmina philosophiam mythis exprimere videntur: GRUPPE, M. u. C. pag. 641: „Ebenso wie die früher besprochenen älteren Theogonien versuchen es diese jüngeren in der Form des Mythos Gedanken über Entstehen und Vergehen des Weltalls niederzulegen."

Idem apparet ex iis quae de antiquiorum et recentiorum theogoniarum discrimine dicit GRUPPE, pag. 641 sqq.: „In der älteren theogonischen Litteratur schliesst die mythische Figur den Gedankenkern in sich; in dieser jüngeren orphischen fallen die beiden Seiten der mythischen Personen, die philosophische und die mythische auseinander."

Cf. praeterea quod ad eschatologicas quae dicuntur doctrinas GOMPERZ, I, pag. 104.

sisse,[1]) eorumque doctrinas cum Orphicorum doctrinis artius saepe cohaerere, et maxime PLATONEM imprimis in mythis suis, harum doctrinarum saepissime memorem esse: „Uebrigens spielt in die Mythen Platons, namentlich so weit sie die menschliche Seele und deren Schicksale betreffen, ersichtlich die dionysisch-orphische Religion mit ihrer Sehnsucht nach der ewigen Heimath, nach der Erlösung aus dem irdischen Gefängniss des Leibes, hinein."[2]) Quotiens PLATO Orphicorum faciat mentionem quibusque locis, quidve de iis iudicet, examinare non est huius capitis: hoc vero stet, PLATONEM Orphicos in philosophorum numero habuisse, nec habuisse iniuria.

Hisce omnibus obiciat quispiam, antiquos, qui ante Aristotelem fuerunt, philosophos omnino inimicissimos fuisse mythologiae suasque doctrinas plane ab illa abhorrere putasse. Quod verum quidem est, si de *vulgari* dicitur mythologia. Sic Homerum verberibus dignum iudicavisse dicitur Heraclitus;[3]) sic XENOPHANES Homerum et Hesiodum vituperavit hoc modo:

> Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε
> ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστίν·
> κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.[4])

Sic denique ipse PLATO e civitate sua, quam sibi fin-

1) Cf. GRUPPE o. l. pag. 20: „Die ältere griechische Philosophie entnahm einen Teil ihrer Termini unbedenklich dem Mythos;" STALLB.[3] (KROSCHEL) ad Protag. 320 C.

2) UEBERWEG-HEINZE o. l. pag. 192.

3) LAERT. DIOG. IX, 1: τόν θ' Ὅμηρον ἔφασκεν ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι. Cf. DIELS, Die Fragm. d. Vors. pag. 73. fr. 42.

4) ap. SEXT. adv. Math. IX, 193. Cf. DIELS o. l. pag. 53. fr. 11.

xit, omnes relegandos esse censet mythos, qui de diis et heroibus indigna narrent. [1])

At haec omnia ad *genuinam* mythologiam non pertinent. *Hoc* culpae non datur poëtis, quod mythos narrent: immo *hoc* illorum est vitium, quod indigna narrent et falsa, quod veram mythorum vim et sententiam neglexerint et pro meris narratiunculis eos habuerint omnino non altius spectantibus. [2])

Scilicet sic mihi videtur res se habere: multo ante Homerum et Hesiodum mysticae extiterunt inter Graecos doctrinae, quae mythorum involucris usae, summam sapientiam continerent[3]); quod PLATONEM ipsum indicare postea demonstrabo: harum doctrinarum

---

1) Rep. II, 376 E sqq. Cf. praeterea F. STAEHLIN, Die Stellung der Poesie in der platonischen Philosophie. München. Beck. 1901. pag. 52: „... er (Plato) sieht, dass die Dichter mit ihren die Wahrheit nachahmenden Mythen sehr oft die Wahrheit verfehlen, und zwar in den wichtigsten Dingen. Die schwerste Verschuldung laden sie auf sich, da sie das Wesen der Götter und Heroen falsch schildern. rep. 377 E: *ὅταν εἰκάζῃ τις κακῶς τῷ λόγῳ περὶ θεῶν τε καὶ ἡρώων οἷοί εἰσιν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν ἐοικότα γράφων οἷς ἂν ὅμοια βουληθῇ γράψαι.* Das geschieht aber, wenn man den Göttern Schandthaten andichtet, die von vornherein nicht zu ihrem Wesen stimmen (rep. 387 A ff., 391 C, legg. 636 C [Raub des Ganymedes durch Zeus], legg. 941)."

2) Cf. HERMANN o. l. pag. 200 sqq.: „es bedarf kaum der Nachweisung, wie sich selbst die gröbsten Laster und Niederträchtigkeiten aus den Beispielen der Mythologie beschönigen und rechtfertigen liessen und wiederum die reinsten und edelsten Züge derselben lächerlich werden konnten, sobald man sie nach dem Maasstabe des gemeinen Lebens mass; ..... sobald der Mensch einmal die Götter nicht mehr symbolisch sondern eigentlich nach menschlichem Maasstabe zu bilden anfing, konnte auch die Hinweisung auf sie ihn im Grunde nur wieder auf sich selbst zurückweisen."

3) Cf. GRUPPE apud ROSCHER i. v. Orpheus, col. 1073: „Nach der Ansicht des Verfassers dieses Artikels [GRUPPE] setzt das Epos die wichtigsten später in den Mysterien gelehrten und dargestellten Dogmen und Mythen voraus, die Heldensage entnahm einen grossen Teil ihres Stoffes aus denjenigen Mythenkreisen, die dem späteren Mysterienkult angehören."

vestigia in Homeri et Hesiodi carminibus extant; in universum vero hi poëtae eas amiserunt et nihil retinuerunt nisi formam mythicam; [1]) quo factum est, ut id quod symbolice dictum non malum erat, prorsus fieret impium. Philosophi autem, imprimisque Orphici, ad primam hanc mythorum vim redierunt, aut etiam ipsi novos mythos finxerunt ad exprimenda cogitata sua. Vituperaverunt eos qui mythis abuterentur, non qui uterentur: [2]) ipsi usi sunt, et mythi erant iis pars philosophiae, id quod ex ipsis eis quae tradita sunt, apparet: de Xenophane audias PLATONEM Soph. 242 C. sqq.: Ξ E. (hospes Eleaticus) *Εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης ἡμῖν διειλέχθαι καὶ πᾶς ὅστις πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι πόσα τε καὶ ποῖά ἐστιν.*

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Μῦθόν [3]) *τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν, ὁ μὲν ὡς τρία τὰ ὄντα, πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἄττα πῃ, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γιγνόμενα γάμους τε καὶ τόκους καὶ τροφὰς τῶν ἐκγόνων παρέχεται· δύο δὲ ἕτερος εἰπών, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ἢ θερμὸν καὶ ψυχρόν, συνοικίζει τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι· τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεα-*

---

1) BOECKH o. l. pag. 539: „In welchem Grade der ursprüngliche Sinn der Mythen bei Homer geschwunden ist, sieht man besonders in astronomisch-astrognostischen Dingen..... Bei solchen Mythen sieht man deutlich, dass der Dichter den Sinn entweder nicht wissen will, oder nicht mehr weiss."

2) Cf. BOECKH o. l. pag. 540: „Die ältesten Philosophen, die ionischen wie die italischen und Empedokles benutzten aus religiösem Sinn den Mythos als allegorische Form ihrer Lehren, während sie zugleich gegen die unsittlichen Vorstellungen des Volksglaubens ankämpften."

3) Fieri utique potest — quae videtur esse sententia APELTII in ed. ad loc. (cf. Prolegg. pag. 9) —, ut vocabulo hoc hic vituperet PLATO philosophos, quod *μύθους* tradiderint, ubi mythis non opus esset, quod non curaverint „notionum veram vim subtiliter examinare" (APELT).

τικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις.

Ipse XENOPHANES μύθους cum λόγοις coniungit: [1])

> χρὴ δὲ πρῶτον μὲν θεὸν ὑμνεῖν εὔφρονας ἄνδρας
> εὐφήμοις μύθοις καὶ καθαροῖσι λόγοις.

EMPEDOCLES μυθικῶς cogitata sua exprimit, quattuor sic describens elementa: [2])

> τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
> Ζεὺς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' Ἀιδωνεύς,
> Νῆστίς θ', ἣ δακρύοις τέγγει, κρούνωμα βρότειον.

Praeterea de eo PLATO Gorg. 493 A: καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνήρ, ἴσως Σικελός τις [DIELS, Fr. d. Vorsokr. pag. 255: „vgl. Emped. fr. 115 ff.?"] ἢ Ἰταλικός [DIELS l.l.: „Philolaos?"], παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν ὠνόμασε πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀμυήτους. [3])

PARMENIDES non solum saepius utitur vocabulo μύθῳ:

---

1) DIELS o. l. 11: Xenoph. fr. 1 vs. 13 sqq. (pag. 50); vide tamen adn. 3 in fine; ceterum idem fecit PLATO: cf. huius operis pag. 76.

2) AETII plac. I. 3, 20 apud DIELS, Doxograph. Graec. pag. 287. Paulo aliter nunc DIELS, Fr. d. Vors. pag. 184 (Empedokles fr. 6).

3) Cf. praeterea ipse EMPEDOCLES [DIELS o. l. fr. 23 vs. 11 (pag. 191)]:

> ἀλλὰ τορῶς ταῦτ' ἴσθι, θεοῦ πάρα μῦθον ἀκούσας.

[fr. 24 (pag. 192):]

> κορυφὰς ἑτέρας ἑτέρῃσι προσάπτων
> μύθων μὴ τελέειν ἀτραπὸν μίαν.

[fr. 62. (pag. 200):]

> νῦν δ' ἄγ', ὅπως ἀνδρῶν τε πολυκλαύτων τε γυναικῶν
> ἐννυχίους ὅρπηκας ἀνήγαγε κρινόμενον πῦρ,
> τῶνδε κλύ'· οὐ γὰρ μῦθος ἀπόσκοπος οὐδ' ἀδαήμων.

Haud scio vero, annon in omnibus hisce voci, quae est μῦθος, eadem illa vis sit subiecta, de qua supra agitur; quod saepe difficilius est ad diiudicandum.

Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν ἐρέω, κόμισαι δὲ σὺ μῦθον ἀκούσας,
αἵπερ ὁδοὶ μοῦναι διζήσιός εἰσι νοῆσαι· [1])

iterumque:

μοῦνος δ' ἔτι μῦθος ὁδοῖο
λείπεται, ὡς ἔστιν, [2])

verum etiam formam mythicam in exponenda philosophia saepius adhibet; nec HERACLITUS recusavit, quin mythicis nominibus doctrinas interdum involveret. [3]) Ipsum vero PLATONEM minime mythos sprevisse,[4]) immo saepissime mythorum uti involucro neque hos omnes ipsum finxisse, et notissimum est et ex iis quae supra diximus facile intellegitur.

Videmus igitur, in universum qui ante ARISTOTELEM fuerunt philosophos ab ipsis mythis minime esse alienos, alienos solum esse a pravis mythis praveque interpretatis.

At idem est dicendum de Orphicis maximeque de horum eschatologicis doctrinis. Inter eos quoque multa indigna irrepserant: inter eos quoque multi se insinua-

---

1) DIELS, Fr. d. Vors. pag. 120. fr. 4.

2) o. l. pag. 122. fr. 8.

3) Cf. GRUPPE, C. u. M. pag. 34 sqq.; ZELLER, Ph. d. Gr. I 2[5] pag. 727.

4) Cf. STAEHLIN o. l. pag. 6: „Mit persönlicher Entrüstung schilt er die Gottesleugner schon wegen der Pietätslosigkeit, mit der sie sich abwenden von dem innersten Kern der Mythen, die sie in ihrer Kindheit bereits mit der Muttermilch eingesogen, legg. 887 D: *οὐ πειθόμενοι τοῖς μύθοις, οὕς, ἐκ νέων παίδων ἔτι ἐν γάλαξι τρεφόμενοι τροφῶν τε ἤκουον καὶ μητέρων.* Natürlich meint er hier nicht solche Mythen, in denen durch anthropomorphistische Szenen den Göttern ein sittlicher Makel angehängt wird, sondern solche, in denen die Götter als die weltregierende Macht gefeiert werden."

Ceterum eadem mythorum reverentia apparet Legg. 865 D: *ἐὰν δέ τις ἐλεύθερον ἄκων ἀποκτείνῃ, τοὺς μὲν καθαρμοὺς τοὺς αὐτοὺς καθαρθήτω τῷ τὸν δοῦλον ἀποκτείναντι, παλαιὸν δέ τινα τῶν ἀρχαίων μύθων λεγόμενον μὴ ἀτιμαζέτω.*

verant, qui speciem quidem initiatorum offerrent, ipsarum rerum vim et sententiam omnino non intellegerent, [1]) id quod ipsis Orphicis minime erat ignotum: *εἰσὶν γὰρ δή, ὥς φασιν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ τε παῦροι·* [2]) denique inter eos quoque multi doctrinis hisce sunt abusi, etiam lucri faciendi causa. Perversum talem usum vituperat HERACLITUS: *τὰ γὰρ νομιζόμενα κατ' ἀνθρώπους μυστήρια ἀνιερωστὶ μυεῦνται·* [3]) eundem PLATONEM quoque improbare postea demonstrabitur.

At eiusdem Heracliti doctrinas cum Orphicorum doctrinis interdum cohaerere non prorsus iniuria contendere nonnulli videntur; [4]) praeterea vero alii quoque prae-Socratici philosophi cum Orphicis quam arto vinculo sunt iuncti! [5]) Xenophanem

---

1) Cf. BOECKH o. l. pag. 430: „Die Erneuerung der orphischen Mystik, die aus einer Vertiefung der Gewissenhaftigkeit hervorging, führte bei der Masse nur zu einer neuen Deisidämonie."

2) PLATO, Phaedon. 69 C. Cf. supra, pag. 65.

3) DIELS o. l. pag. 69 fr. 14 (in fine).

4) Hic vero cautione opus est, imprimis ne prorsus confundantur mysteria et Orphicorum doctrinae. Quam ob rem mitto hic PFLEIDERERI opus („die Philosophie des Heraklit von Ephesos im Lichte der Mysterienidee", Berlin 1886), de quo opere cf. GRUPPE, C. u. M. pag. 654 adn. 1, LORTZING (cf. prox. adn.) pag. 316 sqq.. Nec revoco ad WILLMANNI librum laudatum (pagg. 222—227, pagg. 367, 368). At vide MAASS, Orpheus, pag. 167 de Heraclito: „und doch hat er Orphisches nicht verschmäht", quam tamen sententiam MAASSIUM non demonstrasse, iure dicit LORTZING (pag. 166); praeterea GRUPPE, C. u. M. pagg. 646—654 (cf. tamen LORTZING pag. 156); GRUPPE apud ROSCHER o. l. col. 1184. Contra LORTZING, qui non negat ille quidem, „dass er (Heraclitus) an gewisse einen mehr philosophischen Charakter tragende Vorstellungen der orphischen Gedichte, soweit ihm solche vorlagen, angeknüpft hat," ceterum vero censet: „an eine tiefere Einwirkung der Orphik auf Heraklit ist schon deshalb nicht zu denken, weil ihm die Metempsychose völlig fremd ist." Cf. praeterea ZELLER o. l. I 2^5 pag. 729 adn. 2, pagg. 741 sqq.

5) Varias recentiorum de ratione quae inter Orphicos et philosophos quos dicunt intercedit sententias recensuit LORTZING, Bericht über die griech.

multa cum iis communia habere, FREUDENTHAL demonstravit.[1]) Empedocles cum Pindaro antiquissimus eorum doctrinae eschatologicae videtur fons esse:[2]) immo vero ipse Orphicus fuisse dicitur;[3]) in Parmenidis carmine inesse Orphica nonnulla concedit DIELESIUS;[4]) quod ad Pythagoreos sufficiant hic quae dicit GOMPERTZ, Griechische Denker I pag. 100: „Orphik und Pythagoreismus, man möchte sie die weibliche und die männliche Verkörperung derselben Grundrichtung nennen;" denique ipse PLATO,

---

Philos. vor Sokrates II (BURSIAN, Jahresbericht 1902. 4 et 5), 5: Schriften, die von dem Ursprung der griechischen Philosophie, von ihren Beziehungen zu den Lehren orientalischer Völker sowie zur Orphik handeln, inde a pag. 157: „Wir schliessen hieran eine Besprechung der auf die orphische Litteratur, insbesondere das Verhältnis der älteren griechischen Philosophen zur Orphik bezüglichen Schriften."

Imprimis commemorandus est quem supra laudavi GRUPPII liber, quae qui exhibet, in hunc modum refert DIELESIUS (cf. LORTZING pag. 154): „die Anfänge der griechischen Philosophie sind durch die orphischen Gedichte.... beeinflusst." Vide praeterea KERNII opus, quod infra attuli (adn. 3).

1) J. FREUDENTHAL, Ueber die Theologie des Xen. Breslau 1886, Köbner; cf. LORTZING, II pag. 244; praeterea FREUDENTHAL, Jahresbericht des jüdisch-theologischen Seminars, Breslau 1886, contra cuius PLATONIS Soph. 242 D interpretationem MAASS, Orpheus (München 1895. Beck), pag. 208 adn. 1; ceterum hoc loco de quo postea copiosius sum dicturus, Orphicos respici, DIELESIUS quoque annotat, Fr. der Vorsokr. pag. 166, 29.

2) GOMPERZ, Gr. D. I. pag. 105: „den Äusserungen unserer ältesten Gewährsmänner der orphischen Lehre, dem Dichter Pindar und dem Philosophen Empedokles."

3) Cf. O. KERN, De Orphei Epimenidis Pherecydis theogoniis quaestiones criticae. Berolini. Libraria Nicolai (R. Stricker) MDCCCLXXXVIII. pag. 11: „Primum philosophos videamus, e quibus unus certe Orphicorum doctrinam secutus esse videtur. Empedoclem dico" sqq. Praeterea MAASS, Orpheus, pag. 270, adn. 49: „Die „Katharmen" waren ein orphisches Gedicht" (de qua sententia LORTZING o. l. pag. 166: „M. hat vielleicht nicht unrecht"); O. KERN, Empedokles und die Orphiker. Arch. f. G. d. Philos. I (1888), pagg. 498—508.

4) DIELS, Parmenides. pagg. 11, 21. Praeterea cf. O. KERN, Zu Parmenides. Arch. f. G. d. Philos. III (1890) pagg. 173 sqq.

cuius philosophia cum religione artissime cohaeret,[1]) in his quoque eorum, qui antecedunt ipsum, insistit vestigiis: „Erst hundert Jahre später hat ein Dichter-Philosoph die verlassene Spur des Eleaten wieder aufgesucht. Die grossartig durchgeführte Wagenfahrt der göttlichen und menschlichen Seelen im Phaidros zeigt das alte Motiv in tieferer Auffassung und vollendeterer Kunst und ist typisch für die Vereinigung orphischer Apokalyptik mit eleatischer Dialektik, welche Platons Grösse ausmacht."[2]) Itaque apparet falsam esse eorum

---

1) Zeller, Ph. d. Gr. II 1[4] pag. 580: „der religiöse und dichterische Charakter der platonischen Philosophie;" pag. 926: „Was nun zuerst die Religion betrifft, so haben wir uns schon früher überzeugt, dass unserem Philosophen die wahre Religion mit der Philosophie, und das wahrhaft Göttliche mit den höchsten Gegenständen der philosophischen Betrachtung zusammenfällt."

Haec vero cum Zeller pag. 934 in hunc modum restringit: „Nach allem diesen werden wir den religiösen Charakter, welcher der platonischen Philosophie mit Recht nachgerühmt worden ist, weit weniger auf der wissenschaftlichen, als auf der ethischen Seite zu suchen haben," non solum sibi non constare mihi videtur, verum etiam dirimere, quae in Platone dirimenda non erant. Nempe cum apud Platonem *φιλοσοφία* et *ἐπιστήμη* idem fere sonent, sequitur, ut id quod de philosophia eius dicendum sit, idem in scientiam cadat. Deinde vero eiusmodi inter scientiam et ethicam distinctio, qualis hisce Zelleri verbis inhaeret, a Platonis doctrina aliena est; id quod apparet cum ex iis, quae de philosophi quam Plato exhibet imagine supra diximus, tum ex iis, quae ipse Zeller l.l. pag. 935 affert; quae in huius paginae fine dicuntur, sic satis vera mihi videntur, nec tamen contra afferri possunt: „einen religiösen Charakter haben" ac „mit der positiven Religion sich berühren" non idem est, id quod consideratis quae in textu diximus, in aprico erit.

Nec prorsus iure Eucken (Gesammelte Aufsätze zur Philosophie und Lebensanschauung. Leipzig. Dürr. 1903. pag. 212) vitio dare mihi videtur Willmanno, quod is o. l. Platonis philosophiam religiosiorem depingat: „Auch das Bild Platos ist gegenüber der gewöhnlichen Fassung ins Religiöse und Theologische verschoben." Multo melius saltem Willmannum agere puto, quam qui ab ipsa religionis natura Platonis doctrinas longius removeant.

2) Diels, Parmenides, pag. 22.

opinionem, qui saepius de Orpheo et Orphicis dicere putant PLATONEM, nullam aliam ob causam nisi quod hoc aetatis consuetudo ferret et tunc temporis praeter alios vigeret Orpheus[1]), — vera autem esse quae in his dicit GRUPPE: „Die Philosophie hat es verstanden, den schönen Kern aus der rauhen Hülle zu schälen." [2]) Hoc autem imprimis PLATONEM fecisse postea spero fore ut appareat.

5. Haec de Orphicis doctrinis et de mythis. Ea vero quae de his erant dicenda, in poësin[3]) quoque valent[4]): poësi ipsi per se minime inimicus est PLATO: immo vero saepius θείους vocat poëtas, praeclare dicit de illorum μανίᾳ, ipse summus fuit poëta.[5]) Itaque vituperat poëtas, non quo sint poëtae, sed quod *male* arte poëtica sunt usi.

Sic — ut afferam exemplum — Legg. 669 B sqq. carpuntur poëtae, quippe qui sint viliores poëtae quam ipsae Musae, omniaque subvertant: . . . . τοὺς ποιητὰς φαυλοτέρους εἶναι ποιητὰς αὐτῶν τῶν Μουσῶν. οὐ γὰρ ἄν ἐκεῖναί γε ἐξαμάρτοιέν ποτε τοσοῦτον, ὥστε ῥήματα ἀνδρῶν ποιήσασαι τὸ σχῆμα γυναικῶν καὶ μέλος ἀποδοῦναι,

1) Cf. WEBER, Platon. Not. über Orph. pag. 41: „Er hätte wohl nicht so oft Anlass genommen, von O. zu sprechen, wäre dieser damals nicht „modern" gewesen."

2) C. u. M. pag. 656.

3) Eos qui de ratione quae PLATONI cum poësi et poëtis intercedit, scripserunt recensuit F. STAEHLIN, Die Stellung der Poesie in der platonischen Philosophie. München 1901; egregie is qui sit poeseos in PLATONIS philosophiae systemate locus, exponit.

4) Haec est causa, cur iam hoc capite dicam, quae de poësi sunt dicenda, licet ipsa per se melius fortasse in proximi capitis quadrarent rationes.

5) STAEHLIN o. l. pag. 10: „Er blieb auch als Philosoph immer der Dichter" sqq.

καὶ μέλος ἐλευθέρων αὖ καὶ σχήματα ξυνθεῖσαι ῥυθμοὺς δούλων καὶ ἀνελευθέρων προσαρμόττειν, οὐδ' αὖ ῥυθμοὺς καὶ σχῆμα ἐλευθέριον ὑποθεῖσαι μέλος ἢ λόγον ἐναντίον ἀποδοῦναι τοῖς ῥυθμοῖς, ἔτι δὲ θηρίων φωνὰς καὶ ἀνθρώπων καὶ ὀργάνων καὶ πάντας ψόφους εἰς ταὐτὸ οὐκ ἄν ποτε ξυνθεῖεν, ὡς ἕν τε μιμούμεναι· ποιηταὶ δ' ἀνθρώπινοι σφόδρα τὰ τοιαῦτα ἐμπλέκοντες καὶ συγκυκῶντες ἀλόγως γέλωτ' ἂν παρασκευάζοιεν τῶν ἀνθρώπων ὅσους φησὶν Ὀρφεὺς λαχεῖν ὥραν τῆς τέρψιος.

Sic Homerum ex re publica quam sibi finxit, exterminandum esse censet PLATO. [1])

Sic denique Rep. 607 B dicitur, *ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ.* [2])

Quae tamen ad ipsam poëseos naturam non pertinent: de qua plane aliter iudicat PLATO: quam omnino non contemnit, [3]) quam divinam esse censet, [4]) quam, licet ad philosophiae veritatem non accedat illa, licet ad *δόξαν* pertineat magis quam ad *ἐπιστήμην*, multum tamen valere putat ad animos virtute excolendos. [5])

---

1) Cf. STAEHLIN o. l. pag. 28.

2) Cf. de hac re HERMANN o. l. pag. 309 adn. 205; H. WAS, Plato's Politeia. Arnhem, Gouda Quint, 1885. pag. 54 et adn. 93. Ceterum interest inter poësin et poesin. „Nimirum lyrica ... poesis cognatior ipsi [Platoni] visa est verae musicae, i. e. philosophiae [quam epica]." (STALLB.[2] ad Phaedr. 243 A).

3) Cf. Tim. 19 D: *οὔτι τὸ ποιητικὸν ἀτιμάζων γένος* ....

4) STAEHLIN o.l. pag. 14: „Das höhere Geistesleben des Dichters ist eine unmittelbare Gottesgabe; ... Die Kluft, die sonst das Menschliche vom Göttlichen trennt, ist hier durch einen Sprung überwunden."

Ion 535 A: *καί μοι δοκοῦσιν θείᾳ μοίρᾳ ἡμῖν παρὰ τῶν θεῶν ταῦτα οἱ ἀγαθοὶ ποιηταὶ ἑρμηνεύειν.* Cf. STAEHLIN o.l. pag. 16.

5) Cf. de iis quae de poesi hic dicuntur, HUG ad Sympos. 209 A: „*καὶ οἱ ποιηταὶ πάντες.* Das klassische Alterthum kennt die Theorie von der Tendenzlosigkeit der Poesie nicht. Der wahre Werth des Dichters besteht in der Förderung der Einsicht und Tugend unter den Mitbürgern. In diesem Punkte stimmen selbst die beiden Antipoden Aeschylos und Euripides überein."

Sed haec omnia, quamvis sint vera, ipsa per se non essent huiusce operis,[1]) nisi accederent alia quaedam, maioris nobis momenti:

„Die Form, deren sich der Dichter bedienen soll — inquit STAEHLIN[2]) —, ist der Mythus. Phaedon. 61 A: ἐννοήσας, ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἀλλ᾽ οὐ λόγους. Unter λόγοι meint er Anrufungen der Götter, Reflexionen; unter μῦθος dagegen die Darstellung einer Wahrheit in sinnlichen Vorgängen oder Handlungen. Von der Art müssen wir uns die Mythen vorstellen, die Plato in den Gesetzen die Greise dichten lässt, wenn sie nicht mehr singen können. Statt einer sittlichen Vorschrift sollen sie den guten Charakter in seiner Äusserung schildern, legg. 664 D: τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα (die das 60. Lebensjahr überschritten haben) οὐ γὰρ ἔτι δυνατοὶ φέρειν ᾠδάς, μυθολόγους περὶ τῶν αὐτῶν ἠθῶν διὰ θείας φήμης καταλελεῖφθαι. Den Mythus hält er für unerlässlich in jedem Werk, dass eine Dichtung zu sein beansprucht. Er rechnet daher den Parmenides und den Empedokles unter die Philosophen, obwohl sie ihre Weisheit in Versen niedergelegt haben, den Epicharm dagegen unter die Dichter trotz seiner philosophischen Poesie (Theaet. 152 E). Er bindet die Dichtung nicht an das Metrum, sondern an den Mythos (rep. 380 C)."

At cum — id quod supra demonstravi — ea sit mythi natura, ut philosophe cogitata contineat, quae alio modo exprimi nequeant, sequitur, ut idem sit poëseos proprium: poësis philosophiam

1) Qui plura de his scire cupiunt, eximium STAEHLINII opus legant.
2) o. l. pagg. 36 sqq.

continere potest eamque alios celare.

Quod ita esse ipse PLATO indicat Theaet. 180 C sqq.: *τό γε δὴ πρόβλημα ἄλλο τι παρειλήφαμεν παρὰ μὲν τῶν ἀρχαίων μετὰ ποιήσεως ἐπικρυπτομένων τοὺς πολλούς,*[1]) *ὡς ἡ γένεσις τῶν ἄλλων πάντων Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ῥεύματα τυγχάνει καὶ οὐδὲν ἕστηκε, παρὰ δὲ τῶν ὑστέρων ἅτε σοφωτέρων ἀναφανδὸν ἀποδεικνυμένων, ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόμοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες ...., μαθόντες δὲ ὅτι πάντα κινεῖται τιμῶσιν αὐτούς;* Talem vero occultationem et poëseos usum non improbari a PLATONE, apparet ex ironia, qua de iis utitur, qui omnia cum lippis et tonsoribus communicent, ut ab his laudem accipiant: *ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόμοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες καὶ ... τιμῶσιν αὐτούς.*

Ita artius cum philosophia coniungitur poësis; nec a PLATONIS ratione abhorret discipulus ARISTOTELES cum poësin *φιλοσοφώτερον* dicit *ἱστορίας*:[2]) *ἡ μὲν γὰρ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἡ δ'ἱστορία τὰ καθ' ἕκαστον λέγει.*

Universae PLATONIS philosophiae summa cum poësi maxime cohaeret, magis fortasse quam ipse sibi fuit

---

1) Cf. STALLB. (KROSCHEL) ad Protag. 320 C; WILLMANN o. l. pag. 239.

2) de arte poët. 151 a 38 sqq.: *ὁ γὰρ ἱστορικὸς καὶ ὁ ποιητὴς οὐ τῷ ἢ ἔμμετρα λέγειν ἢ ἄμετρα διαφέρουσιν, εἴη γὰρ ἂν τὰ Ἡροδότου εἰς μέτρα τεθῆναι καὶ οὐδὲν ἧττον ἂν εἴη ἱστορία τις μετὰ μέτρου ἢ ἄνευ μέτρων, ἀλλὰ τούτῳ διαφέρει, τῷ τὸν μὲν τὰ γενόμενα λέγειν, τὸν δὲ οἷα ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστίν κ.τ.λ.* Cf. WOLTJER, Beginsel en Norm in de Literatuur, Leiden, Donner 1901. pag. 14.

SUSEMIHL in editionis suae ad interpretationem Germanicam adn. 88: „Denn die Philosophie hat es mit der Erforschung des Allgemeinen und Nothwendigen und dessen Verwirklichung im Einzelnen und Zufälligen zu thun."

ARISTOTELIS verba si comparantur cum iis quae PLATONIS sententiam esse STAEHLIN dicit (vide supra in textu qui dicitur), facile apparet, quantopere hic cum PLATONE congruat.

conscius. Audias WOLTJER:[1]) „De aangrijpend schoone plaats uit den Phaedrus, waar hij in een mythus leert, dat de menschenziel vóór haar intreden in deze zinnelijke wereld, als reine ziel, de eeuwige ideëen in al haren hemelschen glans heeft aanschouwd en de kennis, die de ziel in dit aardsche leven heeft, slechts als eene zwakke herinnering opvat van wat zij eenmaal in den hemel heeft gezien [h. e. PLATONIS philosophiae fundamentum] past veel beter op het doen van den dichter dan op het denken van den man van wetenschap."

Revera poësis ita PLATONIS philosophiae inhaeret, ut ab ea divelli nequeat: quin etiam paene dixi ipsa eius philosophia poësis est. Itaque iure ZELLER: „der religiöse und dichterische Charakter der platonischischen Philosophie", [2]) et paulo post: [3]) „des innigen Zusammenhangs, welcher hier noch zwischen der Philosophie und der Poësie stattfindet;" denique STAEHLIN: „Im Grunde hat Chamberlain, der Mann des gesunden Menschenverstands, die Sache getroffen, wenn er Platos Philosophie „eine der Dichtkunst stammverwandte, schöpferische Bethätigung des Menschengeistes" nennt." [4])

---

1) o. l. pag. 15.

2) Ph. d. Gr. II. 1[4] pag. 580. Cf. quae ipse PLATO dicit Legg. 811 D: νῦν γὰρ ἀποβλέψας πρὸς τοὺς λόγους, οὓς ἐξ ἕω μέχρι δεῦρο δὴ διεληλύθαμεν ἡμεῖς, ὡς μὲν ἐμοὶ φαινόμεθα οὐκ ἄνευ τινὸς ἐπιπνοίας θεῶν, ἔδοξαν δ' οὖν μοι παντάπασι ποιήσει τινὶ προσομοίως εἰρῆσθαι.

3) ibid. pag. 581.

4) o. l. pag. 61. Cf. praeterea pagg. 61—63. Addo HUG, Platons Symposion pag XL: „Hier hat Platon eine Fähigkeit plastischer Gestaltung und Nachahmung entwickelt, die ihn als vollkommen ebenbürtig den grössten Dichtern an die Seite stellt. Und doch will das Symposion in erster Linie nicht ein dichterisches Erzeugniss, sondern eine philosophische Schrift sein:

6. Haec sufficiant, ut, quod sit Platonis de poësi — quatenus ad philosophiam pertineat — iudicium, cognoscatur. Quibus peractis alteram quam hoc capite tractandam esse dixi quaestionem sic satis mihi videor ad exitum perduxisse. In qua profliganda simul oblata est facultas, ut non solum Orphicos inter philosophos numerari a Platone demonstrarem, verum etiam ut exponerem, quid de ratione mythis et poësi cum philosophia intercedente censeret.

Quominus autem ad singulos tractandos transeamus philosophos, obstant nonnulla, de quibus postremo prioris partis capite breviter sum dicturus.

---

der eigenthümliche Zauber aber, der uns aus derselben entgegentritt, beruht gerade auf der innigen Vermählung, welche Poesie und Philosophie in ihr vollzogen haben."

Rohde, Psyche, pag. 571: „Er selbst wird völlig und unverstellt zum theologischen Dichter, wo er, nach dem Vorbild der erbaulichen Dichtung, die Erlebnisse der Seele zwischen zwei Stationen der irdischen Wallfahrt ausmalt, oder die Stufengänge irdischer Lebensläufe beschreibt, die bis zum Thier die Seele hinunterführen."

CAPUT TERTIUM.

DE VULGI OPINIONIBUS. — DE BARBARIS.

1. Duae sunt reliquae res, de quibus in hac operis mei parte sit agendum: opiniones dico populares et barbarorum mythologumena.

2. Vulgi opiniones semper fere a PLATONE verae philosophiae et philosophorum doctrinis opponuntur. Causa — quod supra iam vidimus — in eo posita est, quod vera mythorum vis, et omnino veritas *τοὺς πολλούς* latet: quo fit, ut quae acceperint male interpretentur ac nova et indigna affingant. Huiusce vero rei causa est, quod multitudo omnino est *ἀφιλόσοφος*,[1]) a philosophia plane abhorret: ex hoc eius vitio primario, ut ita dicam, reliqua vitia oriuntur, et ex his illud apparet. Nam:

---

1) Ipso hoc vocabulo utitur PLATO, in multitudinem vero, quantum equidem scio, non adhibet. Vide tamen quem infra (pag. 96 adn. 2) laudavi locum Rep. 523 C sqq., et quae adnotat STALLB.: „Sententia haec est: Quatenus digitus est digitus, nihil refert ad intellectum excitandum, qualis ille sit: sive enim magnus sive parvus, sive aliis virtutibus praeditus sit, eo non efficitur, ut magnae multitudinis ad philosophandum minus proclivis vel idoneae mens ad quaerendum impellatur, quidnam tandem natura sua sit digitus;" sqq. Ceterum ipsis verbis opponuntur inter se philosophorum et *τῶν πολλῶν* scientia Phileb. 56 D: *'Αριθμητικὴν πρῶτον ἆρ' οὐκ ἄλλην μέν τινα τὴν τῶν πολλῶν φατέον, ἄλλην δ' αὖ τὴν τῶν φιλοσοφούντων;*

a. Cum sit ἀφιλόσοφος multitudo, vere philosophos parum intellegit et saepius falsas de iis habet opiniones: Phaedon. 64 A sqq.: Κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας λεληθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι .... καὶ ὁ Σιμμίας γελάσας· 'νὴ τὸν Δία', ἔφη, 'ὦ Σώκρατες, οὐ πάνυ γέ με νῦν γελασείοντα ἐποίησας γελάσαι. οἶμαι γὰρ ἂν δὴ τοὺς πολλοὺς αὐτὸ τοῦτο ἀκούσαντας δοκεῖν εὖ πάνυ εἰρῆσθαι εἰς τοὺς φιλοσοφοῦντας καὶ ξυμφάναι ἂν τοὺς μὲν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπους καὶ πάνυ, ὅτι τῷ ὄντι οἱ φιλοσοφοῦντες θανατῶσι καὶ σφᾶς γε οὐ λελήθασιν, ὅτι ἄξιοί εἰσιν τοῦτο πάσχειν.' 'καὶ ἀληθῆ γ' ἂν λέγοιεν, ὦ Σιμμία, πλήν γε τοῦ σφᾶς μὴ λεληθέναι. λέληθεν γὰρ αὐτούς, ᾗ τε θανατῶσι καὶ ᾗ ἄξιοί εἰσιν θανάτου [καὶ οἵου θανάτου] οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι. κ.τ.λ., et qua est stultitia irridere cum soleat ea quae non intellegit, ludibrio eos habet, quippe cum eorum mores ab ipsius consuetudine plane sint diversi: Theaet. 175 B: ἐν ἅπασι δὴ τούτοις [quae antea sunt dicta] ὁ τοιοῦτος ὑπὸ τῶν πολλῶν καταγελᾶται, τὰ μὲν ὑπερηφάνως ἔχων, ὡς δοκεῖ, τὰ δ' ἐν ποσὶν ἀγνοῶν τε καὶ ἐν ἑκάστοις ἀπορῶν. Cf. 174 B sqq.: Τοιγάρτοι, ὦ φίλε, ἰδίᾳ τε συγγιγνόμενος ὁ τοιοῦτος ἑκάστῳ καὶ δημοσίᾳ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅταν ἐν δικαστηρίῳ ἤ που ἄλλοθι ἀναγκασθῇ περὶ τῶν παρὰ πόδας καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι, γέλωτα παρέχει οὐ μόνον Θρᾴτταις ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ ὄχλῳ, εἰς φρέατά τε καὶ πᾶσαν ἀπορίαν ἐμπίπτων ὑπὸ ἀπειρίας, καὶ ἡ ἀσχημοσύνη δεινή, δόξαν ἀβελτερίας παρεχομένη κ.τ.λ.

b. Cum sit ἀφιλόσοφος multitudo nec habeat σοφίαν, nihil autem οἰκειότερον sit σοφίᾳ ἀληθείας,[1]) in uni-

---

1) Rep. 485 C: Ἦ οὖν οἰκειότερον σοφίᾳ τι ἀληθείας ἂν εὕροις; Καὶ πῶς; ἦ δ' ὅς.

versum veritatem nescit multitudo: Hipp. mai. 284 E:

ΙΠ. Τῷ μὲν ἀκριβεῖ λόγῳ, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχει· οὐ μέντοι εἰώθασιν ἄνθρωποι ὀνομάζειν οὕτως.

ΣΩ. Πότερον, ὦ Ἱππία, οἱ εἰδότες ἢ οἱ μὴ εἰδότες;

ΙΠ. Οἱ πολλοί.

ΣΩ. Εἰσὶ δ' οὗτοι οἱ εἰδότες τἀληθές, οἱ πολλοί;

ΙΠ. Οὐ δῆτα. κ.τ.λ. [1])

et in singulis saepe prava opinantur *οἱ πολλοί*, aut male interpretantur: Phaedon. 80 D sqq.: ἡ δὲ ψυχὴ ἄρα, τὸ ἀειδές, τὸ εἰς τοιοῦτον τόπον ἕτερον οἰχόμενον γενναῖον καὶ καθαρὸν καὶ ἀειδῆ, εἰς Ἅιδου ὡς ἀληθῶς, παρὰ τὸν ἀγαθὸν καὶ φρόνιμον θεόν, οἷ, ἂν θεὸς ἐθέλῃ, αὐτίκα καὶ τῇ ἐμῇ ψυχῇ ἰτέον, αὕτη δὲ δὴ ἡμῖν ἡ τοιαύτη καὶ οὕτω πεφυκυῖα ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος εὐθὺς διαπεφύσηται καὶ ἀπόλωλεν, ὥς φασιν οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι; [2]) πολλοῦ γε δεῖ, ὦ φίλε Κέβης τε καὶ Σιμμία κ.τ.λ.

Cf. Cratyl. 403 A sqq.: ὁ δὲ Ἅιδης, οἱ πολλοὶ μέν μοι δοκοῦσιν ὑπολαμβάνειν τὸ ἀειδὲς προσειρῆσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ, καὶ φοβούμενοι τὸ ὄνομα Πλούτωνα καλοῦσιν αὐτόν.

ΕΡΜ. Σοὶ δὲ πῶς φαίνεται, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Πολλαχῇ ἔμοιγε δοκοῦσιν ἄνθρωποι διημαρτηκέναι περὶ τούτου τοῦ θεοῦ τῆς δυνάμεως καὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν οὐκ ἄξιον.

Phaedon. 84 E sqq.: καί, ὡς ἔοικε, τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικήν, οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται,

---

1) ZELLER, Ph. d. Gr. II, 1[4] pag. 481 Hippiam maiorem spurium esse putat, haud scio annon iure. HUIT o. l. II. pag. 225 [illegible] videtur relinquere. Utique hoc loco non magni [illegible] em in aliis quoque dialogis dicatur, cf. pag. [illegible]

2) Annotat ad 65 A STALLBAU[illegible] locis dicitur simpliciter τοῖς πολ[illegible]

ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι, γεγηθότες, ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπέρ εἰσι θεράποντες. οἱ δ' ἄνθρωποι διὰ τὸ αὑτῶν δέος τοῦ θανάτου καὶ τῶν κύκνων καταψεύδονται, καί φασιν αὐτοὺς θρηνοῦντας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν, καὶ οὐ λογίζονται, ὅτι κ.τ.λ. Identidem hominum opiniones veritati opponuntur.

Cum vero falsa pro veris habere soleant, ipsi veritati saepius non credunt nec concedunt id quod iustum est: Phaedon. 69 D: ταῦτ' οὖν ἐγώ', ἔφη, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ἀπολογοῦμαι, ὡς εἰκότως ὑμᾶς τε ἀπολείπων καὶ τοὺς ἐνθάδε δεσπότας οὐ χαλεπῶς φέρω οὐδ' ἀγανακτῶ, ἡγούμενος κἀκεῖ οὐδὲν ἧττον ἢ ἐνθάδε δεσπόταις τε ἀγαθοῖς ἐντεύξεσθαι καὶ ἑταίροις· τοῖς δὲ πολλοῖς ἀπιστίαν παρέχει κ.τ.λ. Cf. Criton. 48 D: οἶδα γάρ, ὅτι ὀλίγοις τισὶ ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει.[1])

Et cum verum non noverint, multifariae sunt illorum opiniones: Rep. 576 C: τοῖς δὲ πολλοῖς πολλὰ καὶ δοκεῖ, cui loco annotat scholiasta: ἀντὶ τοῦ ψευδῆ· τὸ γὰρ ψεῦδος πολυχοῦν, ἁπλοῦς δ' ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.[2])

---

1) Congruunt quae dicit Aristoteles, poet. 9. 1451 b 25: ἐπεὶ καὶ τὰ γνώριμα ὀλίγοις γνώριμά ἐστιν.

2) Hermann, Plat. Dial. Vol. VI. pag. 358.

Schleiermacher ad locum (Platons Werke. III 1² pag. 387): „S. 290 Z. 5 v. u. meint auch mancherlei. Hat der Scholiast es nicht verschmäht, so kann auch der Uebersezer sich für entschuldigt halten, wenn er erwähnt dass das Meinen und das Mancherlei zusammen auf die Irrthümer hindeutet, welche bei der Menge am meisten vorausgesezt werden."

Stallb.: „quanquam multis (i. e. magnae multitudini) placita [illegible]ue multa sunt, ita ut alii aliter de his rebus statuant" sqq.

[illegible]tem quae antecedunt, multitudinis *opiniones* rursus *veritati* [illegible] καὶ δὲ ἂν πλεῖστον χρόνον καὶ μάλιστα τυραννεύσῃ, μάλιστά [illegible]ιοῦτος γεγονὼς τῇ ἀληθείᾳ; τοῖς δὲ πολλοῖς [illegible]eterea Criton. 48 A.

c. Cum sit ἀφιλόσοφος multitudo, non solum non novit veritatem, sed nec scire eam *cupit*: scilicet οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι·[1]) αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθία, τὸ μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μηδὲ φρόνιμον δοκεῖν αὑτῷ εἶναι ἱκανόν· οὔκουν ἐπιθυμεῖ ὁ μὴ οἰόμενος ἐνδεὴς εἶναι οὗ ἂν μὴ οἴηται ἐπιδεῖσθαι.[2]) At non modo nescire se nesciunt veritatem, verum etiam scire se solos putant: eo usque cum corpore coaluit talium animus itaque ab eius cupiditatibus ac voluptatibus fascinatus est, ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθὲς ἀλλ' ἢ τὸ σωματοειδές.[3]) Cum autem solum σωματοειδές verum esse putent, facile intellegitur, ad huius σωματοειδοῦς normam vitam illos dirigere: Phileb. 67 B: Πρῶτον δέ γε οὐδ' ἂν οἱ πάντες βόες τε καὶ ἵπποι καὶ τἆλλα ξύμπαντα θηρία φῶσι τῷ τὸ χαίρειν διώκειν· οἷς πιστεύοντες, ὥσπερ μάντεις ὄρνισιν, οἱ πολλοὶ κρίνουσιν τὰς ἡδονὰς εἰς τὸ ζῆν ἡμῖν εὖ κρατίστας εἶναι, καὶ τοὺς θηρίων ἔρωτας οἴονται κυρίους εἶναι μάρτυρας μᾶλλον ἢ τοὺς τῶν ἐν μούσῃ φιλοσόφῳ μεμαντευμένων ἑκάστοτε λόγων κ.τ.λ. Sic rursus a cognitione ad ethicam transimus: ex falsa doctrina pravi oriuntur mores. Nempe si τὸ σωματοειδές solum est verum, οὗ τις ἂν ἅψαιτο

---

1) ἀμαθεῖς esse οἱ πολλοί dicuntur Legg. 831 B: δι' ἀμαθίαν τῶν πολλῶν κ.τ.λ.

2) Sympos. 204 A. Cf. praeterea Rep. 523 C sqq.: Δάκτυλος μὲν αὐτῶν φαίνεται ὁμοίως ἕκαστος, καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν διαφέρει, ἐάν τε ἐν μέσῳ ὁρᾶται ἐάν τ' ἐν ἐσχάτῳ, ἐάν τε λευκὸς ἐάν τε μέλας, ἐάν τε παχὺς ἐάν τε λεπτός, καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον. ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις οὐκ ἀναγκάζεται τῶν πολλῶν ἡ ψυχὴ τὴν νόησιν ἐπερέσθαι τί ποτ' ἐστὶ δάκτυλος· οὐδαμοῦ γὰρ ἡ ὄψις αὐτῇ ἅμα ἐσήμηνε τὸν δάκτυλον τοὐναντίον ἢ δάκτυλον εἶναι, de quo loco vide STALLB. in ed. Cf. huius disputationis pag. 92 adn. 1.

3) Phaedon. 81 A sqq.: ἐὰν δέ γε, οἶμαι, μεμιασμένη καὶ ἀκάθαρτος τοῦ σώματος ἀπαλλάττηται, ἅτε τῷ σώματι ἀεὶ ξυνοῦσα καὶ τοῦτο θεραπεύουσα καὶ ἐρῶσα καὶ γεγοητευμένη ὑπ' αὐτοῦ ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν, ὥστε κ.τ.λ.

καὶ ἴδοι καὶ πίοι καὶ φάγοι καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια χρήσαιτο, [1]) etiam *corporis* solius voluptates genuinae sunt: *philosophiam*, quippe quae a corporis voluptatibus omnino sese avertat, [2]) non solum *contemnunt* tales homines, verum etiam *oderunt*, [3]) quin etiam eos, qui philosophia hac delectantur, non dignos censent, qui vivant. [4])

Itaque prorsus abhorrent *τῶν πολλῶν* cupiditates a studiis philosophorum: hi mortem petunt, quippe quae ipsos a corporis vinculis liberet, mortem fugiunt atque oderunt illi: quam ob rem ne virtutem quidem dum appetunt, appetunt iustam ob causam: *τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες πλὴν οἱ φιλόσοφοι,* [5]) et iterum: *τί δὲ οἱ κόσμιοι αὐτῶν; οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασιν· ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσιν; καίτοι φαμέν γε ἀδύνατον εἶναι, ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τούτῳ ὅμοιον τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην· φοβούμενοι γὰρ ἑτέρων ἡδονῶν στερηθῆναι καὶ ἐπιθυμοῦντες ἐκείνων, ἄλλων ἀπέχονται ὑπ' ἄλλων κρατούμενοι* [6]): eiusmodi autem virtus nullius pretii est habenda: *μὴ σκιαγραφία τις ᾖ ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν*

---

1) l.l.

2) Phaedon. 64 E sqq.: *'ἆρ' οὖν πρῶτον μὲν ἐν τοῖς τοιούτοις δῆλός ἐστιν ὁ φιλόσοφος ἀπολύων ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων'; 'φαίνεται.'* Cf. praeterea 64 D, et imprimis 83 D: *ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσηλοῖ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα καὶ προσπερονᾷ καὶ ποιεῖ σωματοειδῆ, δοξάζουσαν ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ.*

3) Phaedon. 81 B.: *τὸ δὲ τοῖς ὄμμασι σκοτῶδες καὶ ἀειδές, νοητὸν δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ αἱρετόν, τοῦτο δὲ εἰθισμένη μισεῖν τε καὶ τρέμειν καὶ φεύγειν κ.τ.λ.*

4) Phaedon. 65 A: *'καὶ δοκεῖ γε δήπου, ὦ Σιμμία, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων* [h.e. corporis voluptatum] *μηδὲ μετέχει αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι ὁ μηδὲν φροντίζων τῶν ἡδονῶν, αἳ διὰ τοῦ σώματός εἰσιν.'*

5) Phaedon. 68 D.

6) ibid. E.

ὑγιὲς οὐδ' ἀληθὲς ἔχῃ [1]): vera virtus omnino aliam ob causam quaerenda est et a vere philosophis quaeritur: Theaet. 176 B [2]): ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄριστε, οὐ πάνυ ῥᾴδιον πεῖσαι ὡς ἄρα οὐχ ὧν ἕνεκα οἱ πολλοί φασι δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διώκειν, τούτων χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδευτέον, τὸ δ' οὔ, ἵνα μὴ κακος καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ εἶναι· ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται· τὸ δ' ἀληθὲς ὧδε λέγωμεν. κ.τ.λ.

Phaedon. 82 C: ἀλλὰ τούτων ἕνεκα, ὦ ἑταῖρε Σιμμία τε καὶ Κέβης, οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀπέχονται τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν καὶ καρτεροῦσι καὶ οὐ παραδιδόασιν αὐταῖς ἑαυτούς, οὔ τι οἰκοφθορίαν τε καὶ πενίαν φοβούμενοι, ὥσπερ οἱ πολλοὶ καὶ φιλοχρήματοι (cf. Legg. 870 A)· οὐδὲ αὖ κ.τ.λ.

d. Post mortem autem cernitur quem haec τῶν πολλῶν vita habeat exitum: nam cum eorum animus, quippe qui semper corpori servierint, post mortem neque ab hoc liberari nec καθαρός fieri possit, [3]) impuro autem purum attingere non liceat, [4]) plane beatus fieri non potest: Εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἀλλ' ἢ τῷ φιλομαθεῖ, [5]) nec consuetudinis cum divino particeps:

---

1) Phaedon. 69 B. *Veram* virtutem non habere τοὺς πολλούς, apparet etiam ex Legg. 950 B: οὐ γὰρ ὅσον οὐσίας ἀρετῆς ἀπεσφαλμένοι τυγχάνουσιν οἱ πολλοί, τοσοῦτον καὶ τοῦ κρίνειν τοὺς ἄλλους οἱ πονηροὶ καὶ ἄχρηστοι κ.τ.λ.

2) Antecedunt haec, quibus explicatur, cur haec vita effugi oporteat: fieri non potest quin mala sint, cum boni semper contrarium esse quid oporteat: nec vero apud deos sedem habent: necessario huic vitae inhaerent: Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν, ὦ Θεόδωρε· ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη· οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρῦσθαι, τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι.

3) Phaedon. 81 B sqq.

4) Phaedon. 67 B: μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ.

5) Phaedon. 82 B.

ἐκ γὰρ τοῦ ὁμοδοξεῖν τῷ σώματι καὶ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν ἀναγκάζεται, οἶμαι, ὁμότροπός τε καὶ ὁμότροφος γίγνεσθαι καὶ οἵα μηδέποτε εἰς Ἅιδου καθαρῶς ἀφικέσθαι, ἀλλὰ ἀεὶ τοῦ σώματος ἀνάπλεα ἐξιέναι, ὥστε ταχὺ πάλιν πίπτειν εἰς ἄλλο σῶμα καὶ ὥσπερ σπειρομένη ἐμφύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων ἄμοιρος εἶναι τῆς τοῦ θείου τε καὶ καθαροῦ καὶ μονοειδοῦς συνουσίας[1]): itaque malorum animus ad locum a malis vacuum non perveniet, sed malus semper in malis versabitur; id quod summa gravitate dicit SOCRATES Theaet. 176 D sqq. paulo post ea quae supra laudavimus: λεκτέον οὖν τἀληθές, ὅτι τοσούτῳ μᾶλλόν εἰσιν οἷοι οὐκ οἴονται [sc. οἱ ἀδικοῦντες καὶ ἀνόσια λέγοντες ἢ πράττοντες], ὅτι οὐχὶ οἴονται· ἀγνοοῦσι γὰρ ζημίαν ἀδικίας, ὃ δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. οὐ γάρ ἐστιν ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ ἣν ἀδύνατον ἐκφυγεῖν. THEAETETUS autem postquam rogavit, *qualem* poenam diceret, tum vero SOCRATES gravissimum profert illud iudicium, ex quo quam sublimis sit PLATONIS philosophia, dilucide apparet: Παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἑστώτων, τοῦ μὲν θείου εὐδαιμονεστάτου, τοῦ δὲ ἀθέου ἀθλιωτάτου, οὐχ ὁρῶντες ὅτι οὕτως ἔχει, ὑπὸ ἠλιθιότητός τε καὶ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας λανθάνουσι τῷ μὲν ὁμοιούμενοι διὰ τὰς ἀδίκους πράξεις, τῷ δὲ ἀνομοιούμενοι. οὗ δὴ τίνουσι δίκην ζῶντες τὸν εἰκότα βίον ᾧ ὁμοιοῦνται· ἐὰν δ᾽ εἴπωμεν ὅτι, ἂν μὴ ἀπαλλαγῶσι τῆς δεινότητος, καὶ τελευτήσαντας αὐτοὺς ἐκεῖνος μὲν ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τόπος οὐ δέξεται, ἐνθάδε δὲ τὴν αὐτοῖς ὁμοιότητα τῆς διαγωγῆς ἀεὶ ἕξουσι, κακοὶ κακοῖς συνόντες, ταῦτα δὴ καὶ παντάπασιν ὡς δεινοὶ καὶ πανοῦργοι ἀνοήτων τινῶν ἀκούσονται.[2])

---

1) Phaedon. 83 D sqq.

2) Ita etiam in Epinomide — de quo dialogo vide infra — 992 C: ὃ δὲ κατ᾽ ἀρχάς τε ἐλέγομεν, καὶ νῦν αὐτὸς πάρεστι λόγος ἀληθὴς ὄντως, ὡς

Itaque tam longe a philosophis absunt *οἱ πολλοί*, ut vix quisquam magis philosophis possit esse contrarius: contraria vita, contraria mors, contrarii mores, contraria studia, contraria gaudia, contraria scientia, contrariae opiniones, contrariae virtutes, contrariae denique — in his est philosophiae fastigium et philosophorum victoria, — contrariae, inquam, post mortem mercedes.

Quae cum ita sint, nulla esse potest inter philosophos et *τοὺς πολλούς* communitas, nulla consensio, nulla pax: soli contemptioni locus relinquitur: Criton. 49 D: *οἶδα . . .*, inquit Socrates, *ὅτι ὀλίγοις τισὶ ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει.*[1]) *οἷς οὖν οὕτω δέδοκται καὶ οἷς μή, τούτοις οὐκ ἔστι κοινὴ βουλή, ἀλλὰ ἀνάγκη τούτους ἀλλήλων καταφρονεῖν, ὁρῶντας τὰ ἀλλήλων βουλεύματα.*

Multitudo philosophos illudit[2]), philosophi multitudinis commenta omnino non curant: Criton. 49 B: *ἢ παντὸς μᾶλλον οὕτως ἔχει, ὥσπερ τότε ἐλέγετο ἡμῖν, εἴτε φασὶν οἱ πολλοὶ εἴτε μή, καὶ εἴτε δεῖ ἡμᾶς ἔτι τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν εἴτε καὶ πρᾳότερα, ὅμως τό γε ἀδικεῖν τῷ ἀδικοῦντι καὶ κακὸν καὶ αἰσχρὸν τυγχάνει ὂν παντὶ τρόπῳ; φαμὲν ἢ οὔ;*

ΚΡ. *Φαμέν.*

Cf. Criton. 48 C, quo loco quam contemnat Plato, quam despiciat vulgus et vulgi inscitiam, clare indicatur postpositis illis *οὐδενὶ ξὺν νῷ, τούτων τῶν*

οὐ δυνατὸν ἀνθρώποις τελέως μακαρίοις τε καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι πλὴν ὀλίγων, ἔστι ταῦτα ὀρθῶς εἰρημένα κ.τ.λ.

1) Paulo ante (B sqq.): *Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται . . . .*

ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοί φασιν, δίκαιον ἢ οὐ δίκαιον; ΚΡ. *Οὐδαμῶς.*

2) Theaet. 174 A, C, 175 B; vid. supra.

πολλῶν: ἃς δὲ σὺ λέγεις τὰς σκέψεις περί τε ἀναλώσεως χρημάτων καὶ δόξης καὶ παίδων τροφῆς, μὴ ὡς ἀληθῶς ταῦτα, ὦ Κρίτων, σκέμματα ᾖ τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων καὶ ἀναβιωσκομένων γ' ἄν, εἰ οἷοί τ' ἦσαν, οὐδενὶ ξὺν νῷ, τούτων τῶν πολλῶν, iterumque 48 A: Οὐκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάνυ ἡμῖν οὕτω φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι ὁ ἐπαίων περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ὁ εἷς καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. ὥστε πρῶτον μὲν ταύτῃ οὐκ ὀρθῶς εἰσηγεῖ, εἰσηγούμενος τῆς τῶν πολλῶν δόξης δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν περὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων, denique 44 C: Ἀλλὰ τί ἡμῖν, ὦ μακάριε Κρίτων, οὕτω τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει; causa autem huius despicientiae paulo post (D) additur: οἱ πολλοί philosophis nocere non possunt, nihil omnino possunt, fortuna ducuntur: Εἰ γὰρ ὤφελον, ὦ Κρίτων, οἷοί τ' εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐργάζεσθαι, ἵνα οἷοί τ' ἦσαν καὶ τὰ μέγιστα ἀγαθά, καὶ καλῶς ἂν εἶχεν· νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοί τε· οὔτε γὰρ φρόνιμον οὔτε ἄφρονα δυνατοὶ ποιῆσαι, ποιοῦσι δὲ τοῦτο ὅτι ἂν τύχωσι. Itaque nec digni sunt qui veritatem noverint: iure hanc veteres per poësin illos celaverunt (Theaet. 180 C sqq., cf. supra, pag. 28 adn. 3, pag. 85); nempe veritas est philosophorum: philosophi autem non sunt οἱ πολλοί, neque οἱ πολλοί philosophi: perpetua inter hos est pugna: nec vero — id quod supra iam dixi — pugnae eventus est incertus: nam licet interficere possint οἱ πολλοί philosophos[1]), nec vitam hanc summum bonum putant hi[2]), nec mortem

---

1) Criton. 48 A sqq.: ἀλλὰ μὲν δή, φαίη γ' ἄν τις, οἷοί τέ εἰσιν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκτιννύναι.

2) Phaedon. passim. Cf. praeterea Criton. 48 B: ὅτι οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν.

metuunt, immo vero cupiunt eam[1]): bono animo pugnam ineunt: *καλὸν γὰρ τὸ ἆθλον καὶ ἡ ἐλπὶς μεγάλη.*[2])

3. Quodsi vero qui perpensis his omnibus prorsus inutiles esse putent vulgi opiniones, vehementer errant: nempe verum quidem non novit multitudo, itaque multa false interpretatur, quin etiam indigna plura affingit: sed ea quae dicunt *οἱ πολλοί*, a prioribus saepe acceperunt: ita fit ut in eorum effatis multa sint vera, licet saepe haec sint inquinata et falsis additamentis obruta atque obscurata. Haec autem nonnunquam exemit Plato et in usum suum vertit. Recte Schmidt[3]): „Aber nicht immer und nicht in Allem steht der athenische Philosoph den überlieferten Vorstellungen negativ gegenüber."[4])

Non est in animo mihi, agere de iis omnibus locis, quibus Plato suae ipsius doctrinae vulgi narrationes immiscuit aut in usum suum convertit: ad Platonis philosophiae *genesin* pertinet eiusmodi disputatio: ad opus hocce non pertinet: uno exemplo quid dicam explanare liceat.

Scilicet imprimis in iis, quae de Sirenibus dicit Plato, mirum in modum populi fabulae cum philosophorum cogitatis sunt mixtae.[5]) Enumero Cratyl.

---

1) Cf. Phaedon. 67 E: *'τῷ ὄντι ἄρα', ἔφη, 'ὦ Σιμμία, οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστα αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν*, alibi.

2) Phaedon. 114 C.

3) Die Ethik der Alten Griechen, I. (Berlin, Hertz. 1882) pag. 29.

4) Simili modo Zeller, Ph. d. Gr. II. 1^4 pag. 580: „Plato benützt die Ueberlieferungen des Volks- und Mysterienglaubens, in denen er unter der Hülle der Fabel einen tieferen Sinn ahnt, zur künstlerischen Darstellung seiner Ideen", quamquam magis haec ad ipsos pertinent mythos.

5) Cf. de his G. Weicker, Der Seelenvogel in der alten Litteratur und Kunst. Eine mythologisch-archaeologische Untersuchung. Leipzig. Teubner. 1902.

403 D sqq.: Διὰ ταῦτα ἄρα φῶμεν, ὦ Ἑρμόγενες, οὐδένα δεῦρο ἐθελῆσαι ἀπελθεῖν των ἐκεῖθεν, οὐδὲ αὐτὰς τὰς Σειρῆνας, ἀλλὰ κατακεκηλῆσθαι ἐκείνας τε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας· οὕτω καλούς τινας, ὡς ἔοικεν, ἐπίσταται λόγους ὁ Ἅιδης κ.τ.λ.[1])

Republ. 617 B sqq.: ἐπὶ δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα συμπεριφερομένην, φώνην μίαν ἱεῖσαν ἀνὰ τόνον· ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν. ἄλλας δὲ καθημένας πέριξ δι' ἴσου τρεῖς, ἐν θρόνῳ ἑκάστην, θυγατέρας τῆς Ἀνάγκης Μοίρας λευχειμονούσας, στέμματα ἐπὶ των κεφαλων ἐχούσας, Λάχεσίν τε καὶ Κλωθὼ καὶ Ἄτροπον, ὑμνεῖν πρὸς τὴν τῶν Σειρήνων ἁρμονίαν, Λάχεσιν μὲν τὰ γεγονότα, Κλωθὼ δὲ τὰ ὄντα, Ἄτροπον δὲ τὰ μέλλοντα, de quo loco WEICKER pag. 56: „Eine eigentümliche Vermischung philosophischer Fiktion und echten Volksglaubens."[2])

---

1) WEICKER o.l. pag. 50 sqq.: „Derselbe echte Kern unverfälschten Volksglaubens wie der Euripidesversen [Helena 165 sqq.] liegt auch PLATON: Cratylos 403 D zu Grunde.... In das Phantasiebild des Philosophen ist der Gespensterglaube des Volkes geschickt verwebt. q. s. Cf. pag. 58: „Platon verwertet in seinem Sinne Cratyl. 403 D den Volksglauben, dass die Sirenen gleich Keren, Erinyen und Harpyien im Hades wohnen und ihn nach Belieben verlassen können" sqq.

2) Id quod deinde accuratius exponit hac pagina et proxima:.... „Platon hat die ganze Hypothese der Sphärenmusik orphisch-pythagoreischer Lehre entnommen. In ihr sind also die Wurzeln zu suchen.

(57) Die Grundlage dieses Seelenglaubens bildet die scharfe Scheidung der ψυχαί in καθαραί und ἀκάθαρτοι. Die Seelen der Schlechten flattern unruhig auf der Erde umher und haben in der Unterwelt furchtbare Bestrafung auszustehen, die Seelen der Frommen aber werden zur höchsten Himmelshöhe geführt. Volkstümliche Vorstellungen liegen zu Grunde.

Die weitverbreitete Anschauung, dass die Sterne Menschenseelen sind, findet sich auch in Griechenland.... Mit dieser volkstümlichen Gleichsetzung von Seele und Stern war auch die speziellere: Sirene = Stern gegeben....

(58) Dies bildet eine Grundlage für jene Lehre, welche die Sirenen zu Trägerinnen der Sphärenharmonie macht. Eine andere folgt aus Pindar fr. 132.... Volksglauben und philosophischer Spekulation wurde in gleicher Weise ihr Recht."

Denique collatis quae superioris paginae adn. 2 leguntur[1]), ad eandem vulgi opinionem referenda videntur nonnulla, quae in Phaedone de animis docentur, ut 81 C sqq.: ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ φίλε, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι καὶ βαρὺ καὶ γεῶδες καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ Ἅιδου, ὥσπερ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους κυλινδουμένη, περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι, διὸ καὶ ὁρῶνται.[2])

Sed haec hactenus: quamvis gravia sint, mihi, quippe cui de PLATONIS philosophiae *elementis* non sit agendum, quodammodo nisi πάρεργα non sunt: itaque ipsius PLATONIS obtemperemus monito[3]): περὶ μὲν οὖν τούτων, ἐπειδὴ καὶ πάρεργα τυγχάνει λεγόμενα, ἀποστῶμεν· εἰ δὲ μή, πλείω ἀεὶ ἐπιρρέοντα καταχώσει ἡμῶν τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον.

4. Restant barbarorum philosophumena. De quibus pauca tantum videntur dicenda esse. Scilicet magna sane est quaestio, utrum PLATONIS sapientia ex orientalibus doctrinis sit oriunda, de qua alii alia censent. Sed haec quaestio, quamvis gravissima, hoc loco mittenda est, quippe quae, haec quoque, ad

---

1) „Die Grundlage sqq.

2) Cf. WEICKER o.l. pag. 10 adn. 5, ubi adnotatur, iniuria hunc locum a KERNIO (Aus der Anomia pagg. 70 sqq.) ad solas Orphicas referri doctrinas; pag. 51 adn. 1; pag. 57: „Die Seelen der Schlechten flattern unruhig auf der Erde umher," et ad haec adn. 1: „Philosophische Umdeutung des Volksglaubens, der an dem gespensterhaften Umgehen aller Seelen namentlich in der Nähe der Gräber festhielt, wie die um die Grabstelen flatternden Keren der weissgrundigen Lekythen beweisen. Cf. p. 10, 5."

3) Theaet. 177 B sqq.

PLATONIS philosophiae pertineat *originem*.[1]) Nec

1) Non solum, cum de PLATONIS philosophiae *genesi* agat, gravissima haec huc non pertinet quaestio, sed praeterea artissime cohaeret cum altera illa maiore et graviore, quae de universae philosophiae Graecae a barbaris origine est. In quam paene CICERONIS illud valere dixi (N. D. I, 1): tam variae sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat causam et principium philosophiae esse inscientiam. Merito sane mea quidem opinione ZELLERUS (Ph. d. Gr. I 1[5] pagg. 19—41) eorum redarguit sententiam, qui, ut CREUZER, RÖTH, GLADISCH, alii, philosophiam Graecam ab ipsis barbaris oriundam esse censent; nec, qui horum vestigia pressit — WILLMANNUM dico — quae exhibet, licet iniquius de eo iudicet LORTZING (Berichte über die Griechischen Philosophen vor Sokrates für die Jahre 1876—1897 in BURSIAN, Jahresbericht 1898 XXVI, 1. pag. 222) contra valent, cum is in afferendis variorum scriptorum variorumque temporum testimoniis nec satis discernere, nec quantum opus est arte critica uti videatur.

At non refutat ZELLERUS ea quae GRUPPE opere suo, quod inscribitur: „Die Griechischen Culte und Mythen in ihren Beziehungen zu den orientalischen Religionen", demonstrare conatus est, nec refutare ea necesse habet, quod is non philosophiam Graecam, sed ideas solas, forma mystica et mythica involutas, e quibus philosophia prodierit, ex oriente ortas esse censeat [ZELLER o. l. pag. 25 adn. 1: „Denn aus dem Orient kamen nach GR. (S. 674 u. ö.) die orientalischen Ideen nur in ihrer religiösen Form, in der sie hauptsächlich in den orphischen Gedichten niedergelegt wurden; dagegen war ihre Befreiung aus dieser Hülle das eigene Werk der griechischen Philosophen." Similiter DIELS, Arch. f. Gesch. d. Ph. II 88 ff. (cf. LORTZING in BURSIAN, Jahresbericht 1902. XXX 4 et 5 pag. 144) GRUPPII libri argumentum refert: „die Anfänge der griechischen Philosophie sind durch die orphischen Gedichte und diese wiederum durch orientalische Originalgedichte beeinflusst"]; ZELLERUS autem cum revocet nos ad ea, quae de GRUPPII opere dicit DIELESIUS l.l., qui GRUPPIUM cum CREUZER, RÖTH, GLADISCH eodum habet loco et numero, idem quod hic sentire est censendus; quod iniuria uterque, ut equidem opinor. GRUPPII opus, licet de fundamentis, quibus nititur, omnino non conveniat mihi cum eo, accuratius scriptum esse censeo, quam ut temere pro nihilo habeatur. (Melius iudicat LORTZING l.l. pag. 153).

Utut est, quaestio haec de Graecae philosophiae origine, ita posita, ut posuit GRUPPE, omnino nondum profligata esse aut ad exitum adducta mihi videtur. Recentiorum de ea varias opiniones recenset LORTZING o. l.

Quod ad PLATONEM notanda sunt, quae de Aegyptiis quos infra tractabimus, dicit GOMPERZ, Gr. D. II pag. 209 sqq.: „Hieraus entnehmen wir zweierlei. Die sprachliche Schwierigkeit des Gedankenaustausches konnte keine unüberwindliche sein, mochte nun der Verkehr zwischen jenen grie-

vero barbarorum placita omnino in hac disputatione silentio praeterire convenit: vetat ipse PLATO: qui, si praeteriremus, obiceret id quod SOCRATEM fecit

---

chischen Forschern und den egyptischen Gelehrten durch Dolmetsche geführt werden, oder mögen sich unter den Priestern schon manche gefunden haben, die wie ein Jahrhundert später der Erzpriester Manetho der griechischen Sprache in vollem Masse kundig waren. Ferner dürfen wir vermuten, dass Hellenen noch immer aus den seculären Himmelsbeobachtungen der Egypter Belehrung schöpfen konnten, während es fraglich ist, inwieweit die Schöpfer der Mathematik noch einen Vorsprung vor ihren genialen Schülern besassen. Mag nun Platon daselbst diese oder jene Studien getrieben haben — beide vereinigt (Himmels- und Zahlenkunde) nennt Cicero —, jedenfalls zeigt er sich über egyptische Dinge sehr wohl unterrichtet."

Igitur, quamquam posteriores multa fictitia de his fabulantur, non facile quis negabit, fieri potuisse ut PLATO nonnulla ad philosophiam pertinentia ab Aegyptiis mutuatus sit, si modo philosophiam colebant hi. Quod statuisse hic satis est. Cf. pag. 113 adn. 5 et pag. 113 sqq.

Nempe etiam si in PLATONE quoque verum sit id, quod de Graecis in universum permulti viri docti dicunt, nihil fere hos nisi mathematicam et astronomiam ab Aegyptiis didicisse, quod utrumque negatur — de Graecis in universum cf. e. g. WILLMANN o. l. pag. 48: „Die Ansicht, dass die Griechen dabei nur Mythologeme und Mathematik gelernt hätten, nicht aber spekulative Lehren, ist von den Aegyptologen nun gänzlich aufgegeben," quam sententiam ut probet, revocat ad BRUGSCHII opus, Religion und Mythologie der Aegypter, Leipzig 1884, II, pag. XVII: „Die von den Klassikern viel und ungeteilt gerühmte Weisheit der ägyptischen Priester, welche Gott in der Welt wiederkannten und ein philosophisches System aufgebaut hatten, dessen Lehrsätze in ihren letzten Bruchstücken uns auf Stein und Papyrus erhalten sind, war sicherlich kein leerer Wahn, und es hiesse dem hellenischen Geiste ein falsches und schiefes Urteil zuschreiben, wollte man nach beliebten modernen Mustern die Ansichten der Alten darüber in Zweifel ziehen"; quod ad PLATONEM cf. eundem o. l. pag. 402: „Platon's Aufenthalt in Aegypten ist genügend bezeugt; dass er sich dort nicht bloss mathematische Kenntnisse aneignete, zeigt (?) die von Porphyrios nachgewiesene Uebereinstimmung seiner Lehre von der Schicksalswahl der Seelen vor der Geburt mit der ägyptischen Anschauung vom Horoskop" —, nihil haec in philosophiam PLATONIS pertinuisse nec quicquam huic profuisse, artissimo perpenso quod apud eum inter philosophiam extat et mathematicam vinculo (de quo vide infra pag. 113 adn. 5), vix est credibile; nisi forte quis nullum ad finem PLATONEM in Aegyptum iter fecisse, nec quidquam ibi didicisse censet.

obicientem Phaedro[1]): *σοὶ δ' ἴσως διαφέρει τίς ὁ λέγων καὶ ποδαπός. οὐ γὰρ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖς, εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει;*[2]) Quibus verbis continetur totius in hac re PLATONIS sententiae fundamentum: non refert, unde verum repetatur, dummodo verum sit.[3])

Itaque — id quod supra iam vidimus[4]) — ut

---

1) Cf. pag. 48.

2) Omnino non multum tribuere PLATONEM vulgari quae inter Graecos et barbaros fiebat, distinctioni, cum ex *hoc* loco facile divinatur, tum alibi quoque indicatur: Politic. 262 D reicitur haec divisio, quod efficiat ut, Graeco tamquam uno ex omnibus separatim exempto, cunctis vero reliquis generibus, licet infinita sint nec ullum inter se commercium habeant neque lingua eadem utantur, una appellatione tributa barbarorum, propter hanc unam appellationem etiam genus esse unum putetur:

ΝΕ. ΣΩ. *Ποῖον οὖν δὴ φράζεις διαιρουμένους ἡμᾶς οὐκ ὀρθῶς ἄρτι δρᾶν;*

ΞΕ. *Τοιόνδε, οἷον εἴ τις τἀνθρώπινον ἐπιχειρήσας δίχα διελέσθαι γένος διαιροῖ καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἐνθάδε διανέμουσι, τὸ μὲν Ἑλληνικὸν ὡς ἓν ἀπὸ πάντων ἀφαιροῦντες χωρίς, σύμπασι δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσιν, ἀπείροις οὖσι καὶ ἀμίκτοις καὶ ἀσυμφώνοις πρὸς ἄλληλα, βάρβαρον μιᾷ κλήσει προσειπόντες [αὐτὸ] διὰ ταύτην τὴν μίαν κλῆσιν καὶ γένος ἓν αὐτὸ εἶναι προσδοκῶσιν κ.τ.λ.*

Theaet. vero 175 A sapiens vir existimare dicitur eos qui progeniem celebrent, nobilem esse iudicantes eum qui septem avos divites proferre possit, hebetes esse et minuta respicere, quippe qui propter ingenii incultum non queant in totum quodque intueri neque computare avos ac maiores cuique fuisse innumerabiles, in quibus divites et pauperes, reges et servi, barbari et Graeci *πολλάκις μυρίοι* fuerint cuivis: *τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων, ὡς γενναῖός τις ἑπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆναι, παντάπασιν ἀμβλὺ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δυναμένων εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ βλέπειν οὐδὲ λογίζεσθαι ὅτι πάππων καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι, ἐν αἷς πλούσιοι καὶ πτωχοὶ καὶ βασιλεῖς καὶ δοῦλοι βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες πολλάκις μυρίοι γεγόνασιν ὁτῳοῦν κ.τ.λ.*

Ceterum cum priore quem attuli loco (Politic. 262 D) conferenda sunt, quae STRABO I 66 ERATOSTHENEM scripsisse dicit, qui idem eiusmodi improbat distinctionem: *Ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ὑπομνήματος οὐκ ἐπαινέσας τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις, βέλτιον εἶναί φησιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα. πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακοὺς καὶ τῶν βαρβάρων ἀστείους κ.τ.λ.*

3) Idem dicitur Cratyl. 384 D sqq., de quo loco vide infra pag. 110 adn. 1.

4) pagg. 47 sqq.

verum inveniatur inquiri iubet non solum in Graecos, verum etiam in barbaros:[1]) Πολλὴ μὲν ἡ Ἑλλάς, ὦ Κέβης, ... πολλὰ δὲ καὶ τὰ τῶν βαρβάρων γένη, οὓς πάντας χρὴ διερευνᾶσθαι κ.τ.λ.[2])

Quid autem in universum de barbaris sentiat PLATO, maxime hoc apparet ex Epinom. 987 D sqq., siquidem hic dialogus est PLATONIS[3]): λάβωμεν δὲ ὡς ὅ τί περ

---

1) Cf. WILLMANN o. l. pag. 17: „Platon weist aber auch auf aussergriechische Quellen des Glaubens hin."

2) Scilicet excitantur discipuli ut investigent τοιοῦτον ἐπῳδόν, qui persuadere iis possit, revera immortalem esse animum, neque e corpore excedentem venti flatu dispergi ac dissipari, itaque non esse, cur mors metuatur (cf. 77 D sqq.).

3) Plerique viri docti hodie Epinomin spurium esse censent (cf. HUIT o. l. II. pag. 238: „Parmi les modernes, Tiedemann, Tennemann, Grote et M. Chaignet sont à peu près seuls à considérer *l'Epinomis* comme sortie de la plume de Platon"): causas enumerat HUIT l. l. HERMANN quoque Platonis editionis Teubnerianae vol. VI asterisco eum notat. Communis fere est opinio, dialogum hunc adscribendum esse Philippo Opuntio, qui idem PLATONIS Leges edidisse fertur. Quam opinionem iure redarguit GOMPERZ, Gr. D. II. pag. 563; quae ad eam affirmandam affert HUIT o. l. pag. 236 sqq. satis videntur infirma esse. Praeterea equidem non satis causae video, cur dialogum hunc Platoni abiudicemus. Id quod dicit GOMPERZ (o. l. pag. 564): „der Verfasser der Epinomis hat, wenn er nicht Platon selbst ist, den Schein, Platon zu sein, erwecken wollen," non negat HUIT. Cf. S. GÜNTHER, Abriss der Geschichte der Mathematik und der Naturwissenschaften im Altertum (Handbuch der klassischen Altertums-Wissenschaft, herausgegeben von Dr. IWAN VON MÜLLER. V. 1 B²) pag. 277: „In der vielleicht von Philippos Opuntios niedergeschriebenen..., jedenfalls aber nur platonische Originalideen der späteren Zeit reproduzierenden „Epinomis" erscheinen jene Andeutungen schon in ziemlich bestimmter Form." Accuratius hoc demonstrare, et ostendere, quanta inter Leges et Epinomin sit consensio, longum est, nec huius loci: neque necessarium videtur: ita multa sunt ea quae congruunt, ut iis, quae contra afferri possunt discrepantia (cf. HUIT l.l.), vix aliquid tribuendum videatur; ad ea saltem quae de astronomia exhibet Legum liber septimus (820 sqq.; cf. R. WOLF, Geschichte der Astronomie [Geschichte der Wissenschaften in Deutschland: Neuere Zeit. XVI] pag. 34: „wenn wir sehen, wie Plato im siebenten Buche seiner spätesten Schrift, seinen „Gesetzen", auf die Astronomie zu sprechen kömmt als auf etwas, das unmittelbar mit der Lehre vom höchsten Gott zusammenhänge, worüber aber zur Zeit noch ganz irrige Vor-

ἂν Ἕλληνες βαρβάρων παραλάβωσι, κάλλιον τοῦτο εἰς τέλος ἀπεργάζονται [1]). Multa igitur a barbaris acceperunt Graeci: haec autem ab iis pulchrius ad extremum efficiuntur.

His congruenter in Cratylo [2]) ἐννοεῖν se dicit SOCRATES ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκοῦντες παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασιν, et variis locis iuxta Graecos aequo iure commemorantur barbari: cf. Cratyl. 390 A: τὸν νομοθέτην τόν τε ἐνθάδε καὶ τὸν ἐν τοῖς βαρβάροις, C: καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις, 437 E: τοὺς τὰ ὀνόματα ἐν ταῖς πόλεσι τιθεμένους ἑκάστοτε, ἔν τε ταῖς Ἑλληνικαῖς καὶ βαρβαρικαῖς, Legg. 654 E: περὶ παιδείας ὀρθῆς εἴθ' Ἑλληνικῆς εἴτε βαρβαρικῆς, quo ex loco perspicitur, iustam institutionem extare posse non solum inter Graecos, verum etiam inter barbaros; inter quos, non minus atque in Graecis, fuisse

---

stellungen herrschen, — wenn wir ihn sagen hören, das Wahre, das sich davon wissen lasse, sei aber nicht sowohl für die ältern, in ihren Ansichten verknöcherten Männer, als vielmehr für die Jugend zu lernen, es sei die Lehre der Zukunft, die wunderbar, nicht leicht und doch auch nicht schwer sei" sqq.), satis mihi accedere videntur quae in Epinomide de hac re dicuntur, licet fortasse haec in maius paulum sint elata. Nec si discreparent aliquantum, multum id referret: in aliis quoque dialogis insunt, quae minus congruunt. Itaque nullam video causam, quare Epinomis PLATONI sit abiudicandus.

Praeterea, etiam si abiudicemus, non multum hoc ad rem, cum — id quod supra dixi — quae continentur Platonica esse non facile negetur. [ZELLER quoque Ph. d. Gr. I 1^5 pag. 38 adn. 3 dicit: „die platonische Epinomis", quamquam II, 1^4 pag. 483 eum reicit.]

1) Antecedunt haec: Τόδε γε μὴν διανοηθῆναι χρὴ πάντ' ἄνδρα Ἕλληνα, ὡς τόπον ἔχομεν τὸν τῶν Ἑλλήνων πρὸς ἀρετὴν ἐν τοῖς σχεδὸν ἄριστον· τὸ δ' ἐπαινετὸν αὐτοῦ χρὴ λέγειν ὅτι μέσος ἂν εἴη χειμώνων τε καὶ τῆς θερινῆς φύσεως, ἡ δ' ὑστεροῦσα ἡμῖν εἰς τὸ θερινὸν φύσις τοῦ περὶ τὸν ἐκεῖ τόπον, ὅπερ εἴπομεν, ὕστερον αὐτοῖς παραδέδωκε τὸ τούτων τῶν θεῶν τοῦ κόσμου κατανόημα. E quibus verbis apparet, sermonem esse de iis quae ad philosophiam qualem PLATO saltem dicat, pertinent.

2) 409 D sqq.

homines virtute excellentes, dicitur Sympos. 209 D sqq.: *τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν τῶν νόμων γέννησιν, καὶ ἄλλοι ἄλλοθι πολλαχοῦ ἄνδρες, καί ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις, πολλὰ καὶ καλὰ ἀποφηνάμενοι ἔργα, γεννήσαντες παντοίαν ἀρετήν· ὧν καὶ ἱερὰ πολλὰ ἤδη γέγονε διὰ τοὺς τοιούτους παῖδας, διὰ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους οὐδενός πω.* Quibus perpensis minime mirum videbitur, non dubitare PLATONEM, ad exponenda placita sua uti nonnunquam etiam barbari persona, ut Republ. 641 B sqq. inducit Erem Armenium,[1]) qui mythi forma usus, ipsius de finibus bonorum ac malorum refert sententiam[2]): quae sententia huc redire videtur, „divinam

---

1) STALLB. ad locum adnotat, barbarum hunc virum ad rem praesentem ideo videri adhibitum esse, quia apud populos orientis fabulae de hominibus defunctis rursus in vitam revocatis non essent inusitatae; quibus verbis videtur mihi non ad vivum resecare quaestionem vir doctissimus: Graecis quoque non inusitatae erant eiusmodi fabulae.

Melius se habent quae addit: „Accedit huc quod philosophus isto modo simul significavit, iudicii post mortem aliquando instantis rationes tam late patere, ut ad omnes gentes atque nationes pertineat." Imprimis vero indicare mihi videtur PLATO, non referre, unde verum petatur — (cf. praeter ea quae supra attuli, Cratyl. 384 D sqq.: *εἰ δέ πῃ ἄλλῃ ἔχει, ἕτοιμος ἔγωγε καὶ μανθάνειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον παρὰ Κρατύλου, ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν*, quae, tametsi ab HERMOGENE dicuntur, non dicuntur a SOCRATE, nihilominus ipsius PLATONIS opinionem referre videntur) —, immo vero nonnulla barbaros melius servasse et cognita habere quam Graecos.

Ceterum STALLB. ad ea quae pag. 614 C narrantur, annotat haec: „Quae quis non videt cum orientalium populorum placitis mirifice consentire?"

2) 613 E sqq.: *"Α μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ζῶντι τῷ δικαίῳ παρὰ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ἆθλά τε καὶ μισθοὶ καὶ δῶρα γίγνεται πρὸς ἐκείνοις τοῖς ἀγαθοῖς οἷς αὐτὴ παρείχετο ἡ δικαιοσύνη, τοιαῦτ' ἂν εἴη. Καὶ μάλ', ἔφη, καλά τε καὶ βέβαια. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδέν ἐστι πλήθει οὐδὲ μεγέθει πρὸς ἐκεῖνα, ἃ τελευτήσαντα ἑκάτερον περιμένει. χρὴ δ' αὐτὰ ἀκοῦσαι, ἵνα τελέως ἑκάτερος αὐτῶν ἀπειλήφῃ τὰ ὑπὸ τοῦ λόγου ὀφειλόμενα ἀκοῦσαι. Λέγοις ἄν, ἔφη, ὡς οὐ πολλὰ ἄλλ' ἥδιον ἀκούοντι. Ἀλλ' οὐ μέντοι σοι, ἦν δ' ἐγώ, Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ' ἀλκίμου μὲν ἀνδρός, Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου· ὅς ποτε ἐν πολέμῳ τελευτήσας, ἀναιρεθέντων δεκαταίων τῶν νεκρῶν ἤδη διεφθαρμένων, ὑγιὴς μὲν ἀνῃρέθη, κομισθεὶς δ' οἴκαδε μέλλων θάπτεσθαι δωδεκαταῖος ἐπὶ τῇ πυρᾷ κείμενος ἀνεβίω, ἀναβιοὺς δ' ἔλεγεν ἃ ἐκεῖ ἴδοι.*

iustitiam non modo in hac vita mortali, sed etiam aeterno tempore per omnem rerum universitatem dominari ideoque cum virtute ac sapientia semper optime actum fore."[1])

Ceterum barbaros quidem saepissime commemorat: quae vero ipsis verbis affert barbarorum *philosophumena*, aut quae de his aperte communicat, non multa sunt. Definite barbarorum cuiusdam dogmatis mentio fit Cratyl. 397 C sqq.: *φαίνονταί μοι*, inquit SOCRATES, *οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν* κ.τ.λ., sed quantum eiusmodi effatis tribuendum sit, incertum videtur, praesertim si leguntur in Cratylo;[2])

1) STALLB. ad locum.

2) Ceterum annotandum est, ipsum PLATONEM cum in Legibus tum in Epinomide caelestia haec corpora in deorum numero referre. Cf. Legg. 809 C: *καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἔτι τὰ χρήσιμα τῶν ἐν ταῖς περιόδοις τῶν θείων, ἄστρων τε πέρι καὶ ἡλίου καὶ σελήνης*, 821 B: *Ὦ ἀγαθοί, καταψευδόμεθα νῦν ὡς ἔπος εἰπεῖν Ἕλληνες πάντες μεγάλων θεῶν, ἡλίου τε ἅμα καὶ σελήνης*, C: *Ταῦτ' ἔστι τοίνυν, ὦ Μέγιλλέ τε καὶ Κλεινία, νῦν ἃ δή φημι δεῖν περὶ θεῶν τῶν κατ' οὐρανὸν τούς γε ἡμετέρους πολίτας τε καὶ τοὺς νέους τὸ μέχρι τοσούτου μαθεῖν περὶ ἁπάντων τούτων, μέχρι τοῦ μὴ βλασφημεῖν περὶ αὐτά, εὐφημεῖν δὲ ἀεὶ θύοντάς τε καὶ ἐν εὐχαῖς εὐχομένους εὐσεβῶς*, 886 D: *ἐμοῦ γὰρ καὶ σοῦ, ὅταν τεκμήρια λέγωμεν ὡς εἰσὶ θεοί, ταῦτα αὐτὰ προφέροντες, ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ γῆν ὡς θεοὺς καὶ θεῖα ὄντα*, κ.τ.λ. 899 A: *Αὐτοῦ δὴ ἄμεινον ταύτην τὴν ψυχήν, εἴτε ἐν ἅρμασιν ἔχουσα ἡμῖν ἥλιον ἄγει φῶς τοῖς ἅπασιν εἴτ' ἔξωθεν εἴθ' ὅπως εἴθ' ὅπῃ, θεὸν ἡγεῖσθαι χρεὼν πάντα ἄνδρα.* Epinom. 981 E: *νομίσαι δὲ δὴ δεῖ πάλιν τὰ κατ' οὐρανὸν ζώων γένη, ὃ δὴ πᾶν χρὴ φάναι θεῖον γένος ἄστρων γεγονέναι*, 984 D: *θεοὺς δὲ δὴ τοὺς ὁρατούς, μεγίστους καὶ τιμιωτάτους καὶ ὀξύτατον ὁρῶντας πάντῃ, τοὺς πρώτους τὴν τῶν ἄστρων φύσιν λεκτέον καὶ ὅσα μετὰ τούτων αἰσθανόμεθα γεγονότα*, cf. 986 B. Quo sensu haec sint intellegenda, docet locus ille notissimus Rep. VI p. 508 A sqq., ubi sol appellatur *τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν τούτου κύριος*, paulo post autem continuatur: *Ἆρ' οὖν ὧδε πέφυκεν ὄψις πρὸς τοῦτον τὸν θεόν; Πῶς; Οὐκ ἔστιν ἥλιος ἡ ὄψις οὔτε αὐτὴ οὔτε ἐν ᾧ ἐγγίγνεται, ὃ δὴ καλοῦμεν ὄμμα. Οὐ γὰρ οὖν. Ἀλλ' ἡλιοειδέστατόν γε οἶμαι τῶν περὶ τὰς αἰσθήσεις ὀργάνων. Πολύ γε. Οὐκοῦν καὶ τὴν δύναμιν, ἣν ἔχει, ἐκ τούτου ταμιευομένην ὥσπερ ἐπίρρυτον κέκτηται; Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ ὁ ἥλιος ὄψις μὲν οὐκ ἔστιν,*

quamquam ab altera parte nec nimium dandum est iis quae dicuntur Sympos. 182 B sqq.: τοῖς γὰρ βαρβάροις διὰ τὰς τυραννίδας αἰσχρὸν τοῦτό τε (sc. τὸ ἐρᾶν) καὶ ἥ γε φιλοσοφία καὶ ἡ φιλογυμναστία· οὐ γάρ, οἶμαι, συμφέρει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων, οὐδὲ φιλίας ἰσχυρὰς καὶ κοινωνίας, ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ τά τε ἄλλα πάντα καὶ ὁ ἔρως ἐμποιεῖν, quae verba non a SOCRATE, verum a PAUSANIA dicantur.

Nec multa dicuntur a PLATONE de *singularum* gentium, quas inter barbaros numerat, placitis philosophis, quamvis varia de his tradant posteriores, qui plena esse orientalium doctrinarum censent PLATONIS opera.[1])

Vehementius tamen premere mihi videtur PLATONIS verba ZELLERUS, ex Rep. IV, 435 E[2]), quo loco de indole Phoenicum agitur et Aegyptiorum,

---

αἴτιος δ' ὢν αὐτῆς ὁρᾶται ὑπ' αὐτῆς ταύτης; Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Τοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, φάναι με λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅ τι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. Rep. VII p. 516 dicitur ὅτι αὐτὸς ὁ τάς τε ὥρας παρέχων καὶ ἐνιαυτοὺς καὶ πάντα ἐπιτροπεύων τὰ ἐν τῷ ὁρωμένῳ τόπῳ, καὶ ἐκείνων, ὧν σφεῖς ἑώρων, τρόπον τινὰ πάντων αἴτιος.

Quod SOCRATES fecisse dicitur Sympos. p. 220 D: ἔπειτα ᾤχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ, id discipulus eius tradit olim Graecos omnes fecisse (Legg. X, p. 887. vide supra).

1) Cf. HERRMANN o. l. pag. 114 adnn. 125, 126; WILLMANN o. l. IV. Platon. § 27. Morgenländische Elemente: pagg. 397—408.

2) Ἆρ' οὖν ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ, πολλὴ ἀνάγκη ὁμολογεῖν, ὅτι γε τὰ αὐτὰ ἐν ἑκάστῳ ἔνεστιν ἡμῶν εἴδη τε καὶ ἤθη, ἅπερ ἐν τῇ πόλει; οὐ γάρ που ἄλλοθεν ἐκεῖσε ἀφῖκται. γελοῖον γὰρ ἂν εἴη, εἴ τις οἰηθείη τὸ θυμοειδὲς μὴ ἐκ τῶν ἰδιωτῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐγγεγονέναι, οἳ δὴ καὶ ἔχουσι ταύτην τὴν αἰτίαν, οἷον οἱ κατὰ τὴν Θρᾴκην τε καὶ Σκυθικὴν καὶ σχεδόν τε κατὰ τὸν ἄνω τόπον, ἢ τὸ φιλομαθές, ὃ δὴ περὶ τὸν παρ' ἡμῖν μάλιστ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τόπον, ἢ τὸ φιλοχρήματον, ὃ περὶ τούς τε Φοίνικας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ Αἴγυπτον φαίη τις ἂν οὐχ ἥκιστα. Καὶ μάλα, ἔφη.

Inde autem quod in universum τὸ φιλοχρήματον harum gentium dicitur proprium esse, minime sequitur, ut omnino in iis philosophi non fuerint.

efficiens, fieri non potuisse, ut de horum philosophia compertum quicquam habuerit PLATO.[1])

Porro difficilius saepe est indicare, quasnam gentes dicat PLATO, de barbaris nonnullis agens. Posteriores sane nonnunquam statuere hoc conati sunt, sed incertum est, quae vera narrent, quae commenticia.[2])

Chaldaeorum sapientiae, summis a posterioribus laudatae laudibus, testimonia non affert PLATO.[3])

De Aegyptiis multa quidem commemorat, et commemorat ita, ut earum rerum, de quibus dicit, minime ignarum esse illum appareat.[4]) Sed quae narrat, ad philosophiam, quam nos quidem dicamus, parum pertinent.[5]) Immo Legg. II 657 A, laudatis

1) o. l. I 1^5 pag. 27: „Plato selbst spricht seine Meinung von der Weisheit der Aegypter deutlich genug aus, wenn er den Hellenen den Sinn für Wissenschaft, den Aegyptern ebenso, wie den Phöniciern, die Liebe zum Erwerb als unterscheidende Eigenthümlichkeit beilegt [2])"; adn. 2: „Rep. IV, 435 E ....", collat. pag. 38: „Auch Plato kann (!) nach seiner früher (S. 27, 2) angeführten Aeusserung in der Republik weder von phönicischer noch von ägyptischer Philosophie gewusst haben." (Cautius ZELLER o. l. II 1^4 pag. 412 et adn. 2).

2) Sic, ut exemplum afferam, EUSEBIUS identidem PLATONIS verba ad Hebraeos referre conatur; cf. e. g. Praep. Evang. XI. 6. 2: ... *τάχα που τοὺς Ἑβραίους αἰνιττόμενος, ἐπεὶ μηδὲ παρ' ἑτέροις βαρβάροις ῥᾴδιον τὴν τοιάνδε παραφυλάξαι θεωρίαν.* Vide STALLB. ad Cratyl. 383 A; WILLMANN o. l. passim, e. g. pagg. 103, 104, 105; cf. praeterea FLAV. JOSEPH. c. Apion II, 36; de Ere Armenio infra dictum est; cf. pag. 119 adn. 1.

3) GRUPPE, Culte und Mythen. pag. 318.

4) Cf. GOMPERTZ, Gr. D. II pag. 210, cuius verba supra (pag. 102, adn. 2) laudavi.

5) Omnia, quae de Aegyptiis commemorat PLATO, afferre necesse non habeo. Satis copiosa inveniuntur apud ZELLERUM, Ph. d. Gr. II 1^4 pag. 412 adn. 2; cf. praeterea GOMPERZ, Gr. D. II pag. 210; HERMANN, Gesch. u. Syst. d. Plat. Phil. I. pag. 55 sqq., et ad haec annotationes (pag. 113 sqq.); sedulo de eis egit P. NEUMAN, De locis Aegyptiacis in operibus Platonicis. Vratislaviae, MDCCCLXIV, de quo opusculo vide SUSEMIHL in BURSIAN, Jahresber. III 1874—1875, 1. pag. 344.

Ceterum quae supra in textu scripsi, scripsi prudentia ductus veterisque proverbii memor: in dubiis abstine. Cum ZELLER tum HERMANN inter ea,

quae ad leges ferendas pertinentia, in Aegypto in-

---

quae de Aegypto tradat PLATO, nihil esse censent quod ad philosophiam pertineat (HERM. o. l. pag. 56: „Bei philosophischen Lehren endlich gedenkt er Aegyptens nie." ZELLER o. l. I 1[5] pag. 27: „Wirklich sind es auch nur technische Fertigkeiten und staatliche Einrichtungen, nicht philosophische Entdeckungen, die er an verschiedenen Orten von ihnen zu rühmen weiss" q. s.); iure hi, opinor, si *eam* in his philosophiam interpretemur, quam nos hisce temporibus: sin minus, haud scio an audacius haec ab utroque dicta sint. Scilicet, consideratis quae de philosophiae notione supra disserui, perspicuum iam erit, philosophiam si eam tantum dicas, quam nos, multis philosophorum nomen adimendum esse, quos in antiquorum philosophorum numero nemo non referet; sin vero voci huic ea tribuitur vis, qua apud antiquos nec non apud PLATONEM est praedita, multa pertinere ad eam, quae nos hodie philosophiam non ducamus. Haec si memoria tenentur, non facile negatur, in iis quae de Aegypto apud PLATONEM leguntur, inveniri quaedam, quae ad philosophiam, quam is interpretatur, proxime accedant. Scilicet, ut exemplum afferam: Phaedr. 274 C sqq. deo Aegyptiaco Theuth inventio tribuitur numeri, computandi artis, geometriae, astronomiae, aliorum: *τοῦτον (τὸν Θεὺθ) δὲ πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν κ.τ.λ.* Mathematicas vero artes, si minus ipsius philosophiae pars sint, at saltem cum philosophia ex PLATONIS sententia artissime coniunctas esse, variis locis apparet. Cf. CANTOR, Vorlesungen über Geschichte der Mathematik. Erster Band.[2] III. Griechen. 10. Kapitel. Platon; et imprimis G. RODIER, Les Mathématiques et la Dialectique dans le système de Platon. Archiv. f. Gesch. d. Philosophie XV, 4. 1902. pag. 479 sqq.; e. g. pag. 480: „De toutes les sciences, les mathématiques sont, pour Platon, celles qui se rapprochent le plus de la dialectique." [In aprico est, non agi de vulgari illa geometria et arithmetica (*ἀριθμητικὴ*) *ἡ τῶν πολλῶν, λογιστικὴ καὶ μετρητικὴ ἡ κατὰ τεκτονικὴν καὶ κατ' ἐμπορικήν*, a qua *ἡ τῶν φιλοσοφούντων* (*ἀριθμητική*) (Phileb. 56 D), *ἡ κατὰ φιλοσοφίαν γεωμετρία τε καὶ λογισμοὶ καταμελετώμενοι* plane sunt diversa (Phileb. 56 E); cf. RODIER; l.l. pag. 480]. PLUTARCHUS (Quaest. conviv. VIII, 2) effatum commemorat PLATONIS: *θεὸς ἀεὶ γεωμετρεῖ* (Cf. CANTOR o. l. pag. 171, adn. 1, WILLMANN o. l. pagg. 43, 304, 389). In ipsius Theaet. 173 E de vere philosophi *διανοίᾳ* haec dicuntur: *ἡ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὑτὴν συγκαθιεῖσα.* Nec non hic laudanda sunt ZELLERI verba (Ph. d. Gr. II 1[4] pag. 955): „Hatte sich Plato schon in der wissenschaftlichen Darstellung seiner Metaphysik dem Pythagoreïsmus auf eine bedenkliche Weise genähert, so tritt in den Gesetzen die Mathematik vollends ganz an die Stelle der Philosophie;" (in aliis quoque dialogis mathematicae artes et dialectica confundi fere videntur inter se:

veniuntur, haec addit hospes Atheniensis: *ἀλλ' ἕτερα φαῦλ' ἂν εὕροις αὐτόθι.*

---

cf. RODIER o. l. pag. 481;) nec parvi momenti sunt, quae leguntur in vetere mathematicorum indice, quem servavit PROCLUS (Comment. in EUCLID. element. librum alterum pag. 19 editionis quae addita est EUCLID. element. edit. Basil. ann. MDXXXIII apud Ioan. Hervagium): *Πλάτων δὲ ἐπὶ τούτου γενόμενος, μεγίστην ἐποίησεν ἐπίδοσιν τά τε ἄλλα μαθήματα καὶ τὴν γεωμετρίαν λαβεῖν διὰ τὴν περὶ αὐτὴν σπουδήν. ὅς που δῆλός ἐστι τὰ συγγράμματα τοῖς μαθηματικοῖς λόγοις καταπυκνώσας, καὶ πανταχοῦ τὸ περὶ αὐτὰ θαυμαστὸν φιλοσοφίας ἀντεχόμενον ἐπεγείρων.* (CANTOR [qui o.l. pag. 124 praecipue uti se dicit BRETSCHNEIDERI interpretatione Germanica, quam exhibet opus huius viri, quod inscribitur: Die Geometrie und die Geometer vor Euklides. Leipzig. 1870] o.l. pag. 213: ... „und hob überall hervor, was von der Geometrie sich in bemerkenswerther Weise an die Philosophie anschliesst.")

Rep. VII inde a pag. 522 D demonstratur, optimam philosophiae propaedeusin esse artes mathematicas (RODIER o. l. pag. 480); quocum congruit, quod in foribus scholae suae pinxisse dicitur PLATO: *μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω μοῦ τὴν στέγην* (TZETZES, Chil. VIII, 972; CANTOR pag. 203), nec pugnant ea, quae XENOCRATEM, Platonis discipulum, iuveni cuidam respondisse tradit LAERTIUS DIOGENES IV, 10, institui se ab eo cupienti, nec tamen geometriam satis scienti: *πορεύου· λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας.*

Quin etiam: Republ. VII 527 B *ἡ γεωμετρική* dicitur *τοῦ ἀεὶ ὄντος γνῶσις* At Republ. V, 480 B scribitur philosophos esse dicendos *τοὺς αὐτὸ . . ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους*. Videas quam artum sit vinculum!

Theaet. 143 D *γεωμετρία* ipsa vocatur *φιλοσοφία* (*περὶ γεωμετρίαν ἤ τινα ἄλλην φιλοσοφίαν*), sed hoc loco vox *φιλοσοφία* latiorem vim habet; vide supra pag. 56, adn. 3. Ceterum cf. RODIER o. l. pagg. 480, 481. —

Praeterea quae ad linguam pertinentia perspexisse dicitur Theuth Phileb. 18 B (*Ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν εἴτε τις θεὸς εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεύθ τινα τοῦτον γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπείρῳ κατενόησεν οὐχ ἓν ὄντα ἀλλὰ πλείω, καὶ πάλιν ἕτερα φωνῆς μὲν οὔ, φθόγγου δὲ μετέχοντά τινος, ἀριθμὸν δέ τινα καὶ τούτων εἶναι· τρίτον δὲ εἶδος γραμμάτων διεστήσατο τὰ νῦν λεγόμενα ἄφωνα ἡμῖν· τὸ μετὰ τοῦτο διῄρει τά τε ἄφθογγα καὶ ἄφωνα μέχρι ἑνὸς ἑκάστου, καὶ τὰ φωνήεντα καὶ τὰ μέσα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως ἀριθμὸν αὐτῶν λαβὼν ἑνί τε ἑκάστῳ καὶ ξύμπασι στοιχεῖον ἐπωνόμασε· καθορῶν δὲ ὡς οὐδεὶς ἡμῶν οὐδ' ἂν ἓν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἄνευ πάντων αὐτῶν μάθοι, τοῦτον τὸν δεσμὸν αὖ λογισάμενος ὡς ὄντα ἕνα καὶ πάντα ταῦτα ἕν πως ποιοῦντα μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών.*), consideratis iis de quibus agitur hac Philebi parte, a philosophia non facile seiunguntur. Cf. WILLMANN o. l. pag. 196: „Der Sprachkunde und insbesondere der Lautlehre schreibt Platon ein hohes Alter zu, und er sieht in der Klassifikation der Laute, der gedanklichen Gliederung der *φωνὴ ἄπειρος*, einen bedeutsamen Schritt zur spekulativen

Nec quae in Timaeo narravisse dicuntur Soloni Aegyptii sacerdotes, [1]) quantivis sint momenti ipsa per sese, in philosophia equidem referre ausim; quippe quae prisci temporis notitiam [2]) potius quam universi cognitionem et contemplationem ostendant. Omnino Aegyptiorum indoles ad philosophiam non admodum videtur fuisse propensa [3]): utut est, PLATO saltem eorum quid quod ad philosophiam pertineat referre vix dici potest.

Zoroastris *μαγείαν*, quae dicitur *θεῶν θεραπεία*, commemorat Alcibiad. I 121 E sqq. [4]): *ὧν ὁ μὲν μα-*

Erkenntnis, eines Gottes oder eines göttlichen Mannes würdig." Cf. praeterea pagg. 186, 192; STEINTHAL, Gesch. d. Sprachw. pagg. 125 sqq.; ROHDE, Psyche, p. 285.

1) Tim. 21 A sqq.

2) Cf. Tim. 21 E sqq.: *οἷ δὴ Σόλων ἔφη πορευθεὶς σφόδρα τε γενέσθαι παρ' αὐτοῖς ἔντιμος, καὶ δὴ καὶ τὰ παλαιὰ ἀνερωτῶν τοὺς μάλιστα περὶ ταῦτα τῶν ἱερέων ἐμπείρους σχεδὸν οὔτε αὐτὸν οὔτε ἄλλον Ἕλληνα οὐδένα οὐδὲν ὡς ἔπος εἰπεῖν εἰδότα περὶ τῶν τοιούτων ἀνευρεῖν. καί ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖν, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν αὖ περὶ Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας ὡς διεγένοντο μυθολογεῖν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενεαλογεῖν, καὶ τὰ τῶν ἐτῶν ὅσα ἦν οἷς ἔλεγε πειρᾶσθαι διαμνημονεύων τοὺς χρόνους ἀριθμεῖν· καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιόν· Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. ἀκούσας οὖν, Πῶς; τί τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστέ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδὲν κ.τ.λ.*; iure autem mea quidem opinione contra ASTIUM (Pl. L. u. Schr. pag. 370) censere videtur HERMANNUS (o. l. pag. 113), non licere efficere quicquam ex his quod ad cosmologiam: „denn diese [die philosophische Kosmologie]," inquit, „lag doch jedenfalls über die Gränze geschichtlicher Erinnerungen hinaus!"

Ceterum iam ante PLATONEM Aegyptiorum historiae fidem et rerum gestarum cognitionem laudat HERODOTUS II, 77: *Αὐτῶν δὲ δὴ Αἰγυπτίων οἳ μὲν περὶ τὴν σπειρομένην Αἴγυπτον οἰκέουσι, μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα λογιώτατοί* („die geschichtskundigsten" STEIN a. l.) *εἰσι μακρῷ τῶν ἐγὼ ἐς διάπειραν ἀπικόμην*. Cf. III, 2.

3) Cf. PAULY-WISSOWA i. v. Aigyptos coll. 992 sqq., e quibus facile hoc efficitur. Hic vero tenendum est, e. g. ea, quae in Timaeo exponuntur, *sacerdotum* sapientiam esse; at facile intellegitur omnino non semper id quod de universi populi indole dicatur, in singulos qui ad talem pertineant populum, valere, nedum in sacerdotes, qui omni tempore sapientes sint habiti.

4) Cf. WILLMANN o. l. pag. 73. Agitur de Persarum regis pueris — im-

γείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου· ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία κ.τ.λ.

---

primis de maximo natu, cuius est imperium — instituendis. Haec autem institutio describitur, ut Persarum reges omnino non pro nihilo putandos esse nec cum aliis quibusvis regibus comparandos intellegatur: universa quae inde a capite XVII sequitur comparatio inter Athenienses, Persas, Lacedaemonios instituta, id agit, ut doceatur, tantas esse Persarum et Lacedaemoniorum opes, ut Atheniensibus nihil faciendum relinquatur nisi ut sapientia et virtute illos superare studeant. Quem ad finem etiam accuratius narratur et sic satis laudatur haec regum Persarum educatio.

Scilicet SOCRATES cum dixisset, Alcibiadem si ad rem publicam accessurus esset, omnibus oportere instructum esse rebus, quippe cui cum Lacedaemoniorum et Persarum regibus certandum esset, obiecerat ALCIBIADES, Lacedaemoniorum duces et Persarum reges nihil antecellere ceteris (120 C: *Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, δοκεῖς μέν μοι ἀληθῆ λέγειν, οἶμαι μέντοι τούς τε Λακεδαιμονίων στρατηγοὺς καὶ τὸν Περσῶν βασιλέα οὐδὲν διαφέρειν τῶν ἄλλων*).

Quam opinionem omnino non probat SOCRATES: *Ἀλλ', ὦ ἄριστε, τὴν οἴησιν ταύτην σκόπει οἵαν ἔχεις...*

...D: *Οὐκοῦν ἓν μὲν τοῦτο τοσοῦτο κακὸν ἔχει ἡ οἴησις αὕτη.... Τὸ δεύτερον τοίνυν, ὅτι καὶ ψευδής ἐστιν, ἐκ τῶν εἰκότων σκέψαι.* Itaque eam refutaturus prius *εἰκότα* haec praeponit (ΣΩ. *Πότερον εἰκὸς ἀμείνους γίγνεσθαι φύσεις ἐν γενναίοις γένεσιν ἢ μή;*

ΑΛ. *Δῆλον ὅτι ἐν τοῖς γενναίοις.*

ΣΩ. *Οὐκοῦν τοὺς εὖ φύντας, ἐὰν καὶ εὖ τραφῶσιν, οὕτω τελέους γίγνεσθαι;*

ΑΛ. *Ἀνάγκη*).

Quibus ab ALCIBIADE concessis proximam, qua comparentur Lacedaemoniorum et Persarum cum Atheniensium rebus, instituit quaestionem, ac primo quidem de illorum regum genere agit: *Σκεψώμεθα δή, τοῖς ἐκείνων τὰ ἡμέτερα ἀντιτιθέντες, πρῶτον μὲν εἰ δοκοῦσι φαυλοτέρων γενῶν εἶναι οἱ Λακεδαιμονίων καὶ Περσῶν βασιλεῖς ἢ οὐκ ἴσμεν ὡς κ.τ.λ.*; deinde vero de ortu eorum et institutione, qua non minus quam generis magnificentia Atheniensibus excellant cum Lacedaemonii tum Persae: 121 B: *ἀλλ' ὅρα μὴ τοῦ τε γένους ὄγκῳ ἐλαττώμεθα τῶν ἀνδρῶν καὶ τῇ ἄλλῃ τροφῇ.* Quod ut ostendatur, copiosius de *τροφῇ* hac agitur, maxime de Persarum: apud hos quando in lucem editus sit puer natu maximus, cuius sit imperium, primum omnes diem festum celebrare in tota in qua rex dominetur terra, deinde in posterum regis diem natalem totam agere et celebrare Asiam. Tum educari puerum non a muliere nutrice parvi facienda, sed ab eunuchis quicumque videantur eorum quos rex circa se habeat optimi esse; quibus cum alia mandata esse quae ad pueri recens nati curam spectent tum vero hoc ut quam pulcherrimum eum efficiant membra pueri formando et dirigendo; et hoc facientes in magno eos honore esse. Quando septimum annum agant, pueros ad equos et equitandi magistros ventitare, et venatum ire

Praeterea vero afferuntur insignes barbari alii multi, qui alius alio magis in philosophiam fuerint momenti;

---

incipere. Quibus expositis in hunc modum pergit SOCRATES: *δὶς ἑπτὰ δὲ γενόμενον ἐτῶν τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν· εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες, ὅ τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιότατος καὶ ὁ σωφρονέστατος καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου· ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία· διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά· ὁ δὲ δικαιότατος ἀληθεύειν διὰ παντὸς τοῦ βίου· ὁ δὲ σωφρονέστατος μηδ' ὑπὸ μιᾶς ἄρχεσθαι τῶν ἡδονῶν, ἵνα ἐλεύθερος εἶναι ἐθίζηται καὶ ὄντως βασιλεύς, ἄρχων πρῶτον τῶν ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ μὴ δουλεύων· ὁ δὲ ἀνδρειότατος ἄφοβον καὶ ἀδεᾶ παρασκευάζει, ὡς ὅταν δείσῃ δοῦλον ὄντα.* Ex iis quae supra diximus, apparet, haec quoque afferri a SOCRATE, ut quam eximia sint perspiciat Alcibiades. MAX DUNCKER, Geschichte des Alterthums IV[4] pag. 62 censet ea quae hic dicit PLATO ad Avestam pertinere, id quod ex eo videtur efficere maxime, quod regius puer doceatur *ἀληθεύειν διὰ παντὸς τοῦ βίου*: „Das Gewicht, welches das Avesta auf die Wahrhaftigkeit legt, wird weiterhin erhellen." Iure, nisi fallor, hic; quamquam *ad litteram* Zoroastris *μαγεία*, quam docet *sapientissimus* vir, et *τὸ ἀληθεύειν διὰ παντὸς τοῦ βίου*, quod a *iustissimo* docetur, plane discernuntur. [Quod apud PLATONEM narratur, regis uxorem non custodiri nisi a metu, non pugnat cum iis, quae Avesta praecipit (DUNCKER o.l. pag. 161): „die Frau soll geehrt, aber auch „stets bewacht werden, wie das Feuer Auramazda's." Nempe ex ipsis PLATONIS verbis apparet, *excipi* reginam ideo quod rex tanto opere excellit, ut nemo suspicionem habeat, ex alio regem nasci quam ex ipso.]

Ceterum Zoroastris *μαγείαν* revera esse deorum cultum (*θεῶν θεραπείαν*), ex ipsa apparet Avesta. Cf. DUNCKER o.l. pag. 96 sqq.: „Wie soll ich", fragt Zarathustra den Auramazda, „die Geschöpfe schützen vor den bösen Geistern, vor dem schlechten Angromainju?" Darauf entgegnet Auramazda: „Preise Auramazda, den Schöpfer der reinen Schöpfung, preise den siegreichen Mithra, preise die Amescha çpenta (die heiligen Unsterblichen), welche herrschen über die aus sieben Theilen bestehende Erde, preise den heiligen Çraoscha, der die Keule hält gegen den Kopf der Daeva, preise den Verethraghna, den von Ahura geschaffenen Träger des Glanzes, preise den glänzenden Himmel und den leuchtenden Tistrja, preise den Vaju, den schnellen, preise Çpenta Armaiti (die Erde), die schöne Tochter Auramazda's. Preise den Baum, den guten, reinen, von Ahura geschaffenen, den schön empor gewachsenen, kräftigen, preise den glänzenden Haetumant (den Etymandros); preise Iima Khschaeta, den Besitzer guter Heerden! Preise das gute Gesetz, das Gesetz gegen die Daeva, das Gesetz der Verehrer Auramazda's, preise den Glanz der arischen Lande, preise den Ort der Reinen! Preise das Feuer Vazista, das den Daeva Çpendschaghra schlägt! Bringe hartes Holz und Wohlgerüche und Reinigungswasser zum Feuer!"

in quorum numero hic refero: Erem Armenium, quem supra iam nominavi;[1]) Anacharsin Scytham, qui σοφός appellatur et cum Thalete confertur Milesio;[2]) denique Abarin Hyperboreum et Zamolxin Thracem, cuius incantationes a Thrace quodam didicisse se dicit SOCRATES;[3]) postremo Ba-

---

Paucis huius Persarum religionis summam refert J. G. DROYSEN, Geschichte des Hellenismus I². pag. 47. Cf. praeterea WACHSMUTH, Einl. in das Stud. der alten Geschichte, pagg. 477 et 488.

Ceterum aliis quoque locis DUNCKER commemorat Alcibiadis hanc partem et interpretatur: cf. pagg. 143, 144, 145, 146, 151, 162.

Alcibiadis primi, qui inscribitur, dialogi fidem et auctoritatem contra SCHLEIERMACHERUM et ASTIUM bene defendit STALLBAUM in Prolegg. ad Alc. I. Cf. tamen HUIT o. l. II. pagg. 220—223.

1) CLEMENS ALEXANDRINUS, Strom. V p. 255 Erem Armenium Zoroastren esse putat. WILLMANN l. l. ad Zoroastren referenda videri censet quae apud PLATONEM ad resurrectionis quae dicitur doctrinam spectantia reperiuntur (Pol. p. 269, Rep. X. p. 614): „die bei ihm [Platon] sich vorfindenden Anklänge an die Auferstehungslehre sind am wahrscheinlichsten auf zoroastrische Einflüsse zurückzuführen." Qua de re ego non iudicabo. Cf. tamen pag. 116 adn. 4.

2) Cf. Republ. 600 A: Ἀλλ' οἷα δὴ εἰς τὰ ἔργα σοφοῦ ἀνδρὸς πολλαὶ ἐπίνοιαι καὶ εὐμήχανοι εἰς τέχνας ἤ τινας ἄλλας πράξεις λέγονται, ὥσπερ αὖ Θάλεώ τε πέρι τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀναχάρσιος τοῦ Σκύθου;

3) Cf. Charmid. 156 D sqq.: Τοιοῦτον τοίνυν ἐστίν, ὦ Χαρμίδη, καὶ τὸ ταύτης τῆς ἐπῳδῆς. ἔμαθον δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατείας παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν τῶν Ζαλμόξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀπαθανατίζειν. ἔλεγε δὲ ὁ Θρᾷξ οὗτος, ὅτι ταῦτα μὲν ἰατροὶ οἱ Ἕλληνες, ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, καλῶς λέγοιεν· ἀλλὰ Ζάλμοξις, ἔφη, λέγει ὁ ἡμέτερος βασιλεύς, θεὸς ὤν, ὅτι ὥσπερ ὀφθαλμοὺς ἄνευ κεφαλῆς οὐ δεῖ ἐπιχειρεῖν ἰᾶσθαι οὐδὲ κεφαλὴν ἄνευ σώματος, οὕτως οὐδὲ σῶμα ἄνευ ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦτο καὶ αἴτιον εἴη τοῦ διαφεύγειν τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἰατροὺς τὰ πολλὰ νοσήματα, ὅτι τὸ ὅλον ἀγνοοῖεν οὗ δέοι τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, οὗ μὴ καλῶς ἔχοντος ἀδύνατον εἴη τὸ μέρος εὖ ἔχειν. πάντα γὰρ ἔφη ἐκ τῆς ψυχῆς ὡρμῆσθαι καὶ τὰ κακὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ τῷ σώματι καὶ παντὶ τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐκεῖθεν ἐπιρρεῖν ὥσπερ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὰ ὄμματα· δεῖν οὖν ἐκεῖνο καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα θεραπεύειν, εἰ μέλλει καὶ τὰ τῆς κεφαλῆς καὶ τὰ τοῦ ἄλλου σώματος καλῶς ἔχειν. θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν ἔφη, ὦ μακάριε, ἐπῳδαῖς τισί· τὰς δ' ἐπῳδὰς ταύτας τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς· ἐκ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἐν ταῖς ψυχαῖς σωφροσύνην ἐγγίγνεσθαι [cf. Sympos. 210 C, D] ἧς ἐγγενομένης καὶ παρούσης ῥᾴδιον ἤδη εἶναι τὴν ὑγίειαν καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι πορίζειν. διδάσκων οὖν με τότε φάρμακον καὶ τὰς ἐπῳδάς, ὅπως, ἔφη, τῷ φαρμάκῳ τούτῳ μηδείς σε πείσῃ τὴν

αὐτοῦ κεφαλὴν θεραπεύειν, ὃς ἂν μὴ τὴν ψυχὴν πρῶτον παράσχῃ τῇ ἐπῳδῇ ὑπὸ σοῦ θεραπευθῆναι. καὶ γὰρ νῦν, ἔφη, τοῦτ' ἔστι τὸ ἁμάρτημα περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι χωρὶς ἑκατέρου, σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας, ἰατροί τινες ἐπιχειροῦσιν εἶναι· καί μοι πάνυ σφόδρα ἐνετέλλετο μήτε πλούσιον οὕτω μηδένα εἶναι μήτε γενναῖον μήτε καλόν, ὃς ἐμὲ πείσει ἄλλως ποιεῖν. Praeterea 158 B: *εἰ μέν σοι ἤδη πάρεστιν, ὡς λέγει Κριτίας ὅδε, σωφροσύνη καὶ εἶ σώφρων ἱκανῶς, οὐδὲν ἔτι σοι ἔδει οὔτε τῶν Ζαλμόξιδος οὔτε τῶν Ἀβάριδος τοῦ Ὑπερβορέου ἐπῳδῶν κ.τ.λ.*, denique 175 E: *ἔτι δὲ μᾶλλον ἀγανακτῶ ὑπὲρ τῆς ἐπῳδῆς, ἣν παρὰ τοῦ Θρᾳκὸς ἔμαθον, εἰ μηδενὸς ἀξίου πράγματος οὖσαν αὐτὴν μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐμάνθανον.* Omnia haec exscripsi, quia satis mira sunt, quae narrantur: si ad ipsam philosophiam minus pertineant, at certe ad eius similutidinem proxime accedunt; id quod ex iis quoque apparet quae alii communicant: cf. quae de Zamolxide dicuntur apud PAULY, Real-Encyclopädie i. v. (VI, 2 pag. 287 sqq.): „Die Sage von Zamolxis, wie sie Herodot von den am Pontus und Hellespontus wohnenden Griechen überkommen hat und STRABO 297 f. nach dem Erdbeschreiber POSEIDONIUS, vielleicht auch nach eigenen erneuten Erkundigungen in jenen Gegenden wo HERODOT seine Nachrichten schöpfte, mit einigen Zusätzen wiedergibt, lautet im Wesentlichen also: Zamolxis, ein Gete (ein Thrakier, DIOG. LAERT. I, 1. ORIGEN. Philos. 25. vgl. HEROD. u. STRABO), Sklave des Pythagoras auf Samos, kehrte nachdem er frei geworden von da zu seinen noch halbwilden Landsleuten zurück, nicht nur mit bedeutendem Vermögen, sondern auch mit ionischer Lebensweise, feinen Sitten und metaphysischen Lehren des Pythagoras, ja der Aegyptier, zu welchen der Gete auch gerathen sei, vertraut geworden (ungefähr ums J. 566 v. Chr.; HEROD., STRABO, PORPHYR., IAMBLICH. ll. ll.). Und nun verschaffte er durch Weissagen und Zeichendeuten und unter der Form gastlicher Zusammenkünfte in einem eigens hiezu eingerichteten Raume seinen in der Fremde gewonnenen Ansichten, namentlich über des Geistes Fortdauer nach dem Tode und seine Wanderung an einen Ort der Seligen — nach späterer Doctrin zu Zamolxis selbst — sowie über den Weg des Heils um dorthin zu gelangen Eingang, und zwar zunächst bei den Vornehmen seines Volkes, ganz nach der politisch-religiösen, auch bei fremden Nationen Propaganda machenden Tendenz der Pythagoreer (HEROD., STRABO ll. ll., PLATO Charmid. 9. LUCIAN. Deor. Conc. 9. vgl. PORPHYR. 19. und KRISCHE de societ. a Pythagora Crot. cond. scopo politico nebst den Gött. gel. Anz. 1831. Nr. 208.; nach ORIGENES Philos. 2. vgl. 25. soll Zam. seine philosophisch-religiösen Ansichten auch den keltischen Druiden mitgetheilt haben)." Vide praeterea ROHDE, Psyche, pagg. 314—326. De Zamolxidis nominis forma (Zamolxis, Zalmoxis) cf. PAULY l.l. pag. 2817*); PAPE, Wörterbuch der griechischen Eigennamen i. v.

De Abaride vide BETHE apud PAULY-WISSOWA i. v.; LOBECK, Aglaopham. pagg. 313 sqq.; WILLMANN o. l. pag. 124; ROHDE, Psyche, pag. 381 et adn. 1.

cidem,[1]) Sibyllam,[2]) Amphilytum,[3]) qui *χρησμῳδοί* nominantur.[4])

Sed haec hactenus. Consideratis iis quae attuli[5])

---

1) Cf. de hoc SCHULZ apud ROSCHER i. v., et imprimis KERN apud PAULY-WISSOWA; nomen videtur esse appellativum, quod qui derivandum sit, incertum est.

2) Cf. PAULY i. v. Iam ante PLATONEM Sibyllam commemorat HERACLITUS apud PLUTARCH. de Pyth. or. 6 p. 397 A (DIELS, Fragm. der Vorsokrat. pag. 79, fr. 92): *Σίβυλλα δὲ μαινομένωι στόματι καθ' Ἡράκλειτον ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῆι φωνῆι διὰ τὸν θεόν.* [DIELS, Herakleitos von Ephesos, pag. 22 adnotat: „Sibylle, natürlich von Erythrai."] Cf. GRUPPE, Culte und Mythen. Anhang. § 48. Die sibyllinischen Weissagungen, pag. 676. Ceterum cum quae hic de vaticiniis dicuntur Sibyllinis, tum ea, quae recentioribus maxime temporibus de iis sunt scripta, omnino huc non pertinent; quam ob rem missa ea hic facio.

3) De Amphilyto cf. PAULY-WISSOWA in voce; ROHDE, Psyche, pag. 353 adn. 1.

4) Theag. 124 D: ΣΩ. *Εἴποις ἂν οὖν μοι τίνα ἐπωνυμίαν ἔχει Βάκις τε καὶ Σίβυλλα καὶ ὁ ἡμεδαπὸς Ἀμφίλυτος;*

ΘΕ. *Τίνα γὰρ ἄλλην, ὦ Σώκρατες, πλήν γε χρησμῳδοί;*

ΣΩ. *Ὀρθῶς λέγεις.*

Quod ad universum locum cf. ROHDE, Psyche, qui pagg. 349. 4 sqq. fusius de toto hoc fatidicorum genere egit.

Ceterum plerique viri docti Theagem dialogum subditicium esse censent: me vero, cum nihil extare videatur, quod ut eum reiciamus suadeat (cf. HUIT o. l. II pag. 242: „En somme, à propos de ce dialogue comme de la plupart de ceux qui précèdent, l'une et l'autre conclusion peuvent se défendre, bien que la grande majorité des critiques incline à le déclarer apocryphe"), cum iis facere non posse, consideratis quae in prooemio de hac re dixi, satis iam erit perspicuum.

5) Facile ex omnibus his perspicitur, multum PLATONIS discrepare sententiam a vulgari Graecorum de barbaris opinione, quam referunt PAULY-WISSOWA et imprimis DAREMBERG et SAGLIO o.o. l.l. i.v. barbaroi (barbari). Hi vero, communem hanc referentes opinionem, cum non addant PLATONIS oppositam sententiam — alter omnino non commemorat Platonem, duos tantum parvi momenti affert locos alter —, paulo iniquiores se praebent Platoni. SAGLIO sane, vulgari exposita opinione addit: „c'est l'acception qui a prévalu, mais elle souleva les protestations de quelques Grecs dès l'antiquité;" at non solum inter hos Graecos non enumerat Platonem (unum Eratosthenem commemorat, cuius apud STRABONEM effatum supra laudavi), verum etiam partis huiusce vulgi opinionis testimonium affert ex PLATONIS Republica locum, qui locus, etsi demonstrare non videtur, quod erat demon-

satis stare mihi videtur, una ex parte PLATONEM eodem loco et numero habere barbaros cum Graecis, nec minoris aestimare eorum sapientiam ideo quod sint barbari et a barbaris sit oriunda haec; ex altera vero parte in ipsis eius operibus barbarorum philosophumena, ita quidem ut barbarorum esse ea aperte indicetur,[1]) vix ulla inveniri.

5. Peractis iis, quae de barbarorum philosophematis erant dicenda, prior — ut ita dicam generalis — huiusce disputationis pars ad exitum est perducta; qua parte *primo* de quaestionis argumento, difficultatibus, via ac ratione, denique de aliis qui iam in eam in-

---

strandum, facile tamen id potest efficere, ut ii qui legunt, Platonem quoque inter vulgaris illius sententiae adiutores numerent. Quod qui faciunt quam longe absint a vero, iis quae supra scripsi satis perspicuum fecisse mihi videor.

Nec Platonis veram et expressam finxit imaginem LUTHERUS ille, cum in hunc modum censeret: „Plato theilte ganz den ungemessenen Stolz seines Volkes und dankte Gott für dreierlei: dass er geboren sei als Mensch und nicht als Thier, als Athener und nicht als Barbar, als Mann und nicht als Weib." (Cf. Op. ex. I, 325 apud O. G. SCHMIDT, Luther's Bekanntschaft mit den alten Classikern, Leipzig. Verlag von Veit & Comp. 1883. pag. 54).

1) Addere haec necesse videtur: quippe multa quidem philosophatur PLATO, quibus revera barbarorum narrationes fundamento sunt: quae tamen primo omnino non ubique conspicuae sunt; deinde vero cum inesse eas divinaveris, eruere saepe difficilius est, quamquam interdum fieri posse videtur. Cf. ROHDE, Psyche, pag. 567: „... dieser mythischen Darstellungen, in denen sich wohl noch scheiden liesse, was Plato aus alter Dichtung und Volkssage, was aus theologischer, besonders Orphischer Lehrdichtung, auch was er etwa (in Rep. X) aus orientalischen Phantasiebildern entnommen hat und worin er über alles dieses selbständig hinausgeht" sqq.

Contra de Phaedri mytho ERDMANN apud WILLMANN o. l. pag. 86: „Wie vieles ägyptisch, phönikisch, ob vielleicht gar Indischs(?) sich beigemischt habe, möchte schwer zu entscheiden sein." Cf. praeterea WILLMANN o. l. IV. Platon. § 27. Morgenländische Elemente, qui multa eiusmodi statuit; an iure, incertum.

quisiverant est actum; *deinde* quid de aliorum dogmatum cognitione ipse censeret PLATO, quique philosophi tractandi essent, est exploratum; *postremo* quid de mythis, de poëtis, de multitudine, de barbaris iudicaret PLATO, quatenus ad philosophiam quid pertinerent, constitutum est.

Altera operis huius parte de singulis disputaturus sum philosophis.

Philosophis, inquam, non *philosophematis*. Rogaverit quispiam, cur in huius partis discriptione *philosophorum* secuturus sim ordinem, non *philosophematum*, id quod multi fecerint viri docti.[1]) Talia quaerenti ordinem hunc optime posse servari libenter concedo: nec negare in animo est, re vera fieri posse, ut multam adferat utilitatem, si variarum quae ad philosophiam pertinent quaestionum describuntur origines ac progressiones et exponuntur philosophorum diversae de iis sententiae. At quominus id hoc loco fiat, obstant argumenti rationes.

Etenim *primo* non solum quid de philosophorum *dogmatis* censeat PLATO, mihi est tractandum, verum etiam quae de iis *ipsis*, de *vita* eorum et *operibus* referat.

Deinde ipse PLATO in operibus suis philosophos primo loco ponere solet, non philosophemata; interdum quidem varias de quaestione aliqua recenset sententias, sed recensere solet ita ut simul eos spectet, qui has sententias protulerunt: me vero, si PLATONEM sequor, cum non ipsa prae-Socratica philosophia sed

1) Exempli causa affero CL. BAEUMKER, Das Problem der Materie in der Griechischen Philosophie; COHN, Geschichte des Unendlichkeitsproblems; ERWIN ROHDE, Psyche; alios.

huius de illa iudicium sit tractandum, nemo vituperabit.

Denique ita fecisse PLATONEM, non mirum est, nec contra prae-Socraticae philosophiae indolem egit: revera in hac homines magis sunt conspicui quam problemata: haec nondum separata sunt aliud ab alio nec distincta, haec nondum ipsa per se quaeque tractata:[1]) vix ulla quaestio clare ac recte posita est, nedum ad finem perducta: itaque iis ipsis viris doctis de quibus supra erat sermo, haec antiquae philosophiae pars maximas praebet difficultates,[2]) licet iis pro proöemio tantum esse soleat. Quibus rebus adducor, ut alteram operis mei partem hominibus dividam, non quaestionibus.

Deinceps dicturus sum:[3])

I. De antiquissimis Graecae philosophiae vestigiis.

1. De Orpheo et Orphicis qui dicuntur.
2. De veteribus generaliter dictis.
3. De aliis si qui sunt eiusdem generis philosophis.

II. De Ionicis qui dicuntur philosophis.

1. De Thalete.

---

1) Cf. BAEUMKER o. l. pag. VIII: „Weil das Problem der Materie in derselben [h. e.: in der vorsokratischen Philosophie] noch keine abgesonderte Behandlung erfahren hat..."

2) Cf. o. l. BAEUMKER o. l. pag. VIII.

3) Quamquam in universum sequor ordinem, quem in opere suo „Geschichte der Alten Philosophie" exhibet WINDELBAND, hoc faciens probare me huius viri docti in hac re rationem, omnino non significo. Operi meo vero non magni videtur esse momenti, quem quis ordinem sequatur. PLATONEM ad eum statuendum vix ansas dare, ex iis quae antea dicta sunt, erit manifestum. Itaque nec DIELESII Prae-Socrat. fragm. editionis nuper in lucem emissae rationem sequi necesse putavi.

2. De Anaximandro.
3. De Anaximene, et si qui sunt alii.

III. De Heraclito eiusque sectatoribus.
1. De Heraclito.
2. De Heracliteis qui dicuntur.

IV. De Eleaticis philosophis, qui dicuntur.
1. De Xenophane.[1])
2. De Parmenide.
3. De Zenone.
4. De Melisso.

V. De Empedocle.

VI. De Anaxagora.

VII. De Atomistis.

VIII. De Pythagoreis.

IX. De Sophistis.
1. De Protagora.
2. De Gorgia.
3. De reliquis qui in PLATONIS operibus occurrunt Sophistis.

---

1) Notanda hic sunt quae supra de ordine quem sequar exposui. Xenophanem quamquam abreliquis Eleatis separant viri docti, nihilominus in horum numerum rettuli, ipsius PLATONIS exemplum secutus: cf. Sophist. pag. 242 C sqq.: .. *τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, κ.τ.λ.*

PARS ALTERA.

De singulis Philosophis et Philosophorum Doctrinis.

CAPUT PRIMUM.

DE ANTIQUISSIMIS GRAECAE PHILOSOPHIAE VESTIGIIS.

DE ORPHEO ET ORPHICIS QUI DICUNTUR. — DE VETERIBUS GENERALITER DICTIS. — DE ALIIS SI QUI SUNT EIUSDUM GENERIS PHILOSOPHIS.

I. De Orpheo et Orphicis.

1. Superioribus huiusce operis paginis quae de Orphicis dicta sunt,[1]) attento animo qui legerit, facile coniciet, magni hos in Platonis philosophia et Platonis operibus esse momenti. Neque iniuria. Quodsi vero idem ex his efficit, saepius Orphicorum nomen in operibus eius inveniri, aut ex iis quae afferuntur a Platone, facile quid de illis noverit quidve sentiat excuti, valde videtur errare. Nempe non solum Plato, id quod supra iam dixi,[2]) saepissime communibus nominibus commemorare solet Orphicos, ita ut compluribus — ne dicam plerisque — locis utrum revera hos spectet annon incertum sit, et gravissima quaeque maxime sint dubia, verum etiam si *nominatim* Orpheum Orphicosque affert, tanta in afferendo utitur varietate, ut vix duo inveniantur loci, qui, quod ad hanc rem, prorsus inter se sint similes.

1) Cf. imprimis Dielesii verba, pag. 85 laudata.

2) Vide quae ex Gruppii opere attuli pag. 60, adn. 6.

Ita fit, ut viri docti, PLATONIS de Orphicis testimonia recensentes, alii saepe afferant alia, et alii aliter eum iudicasse censeant.

Accedit, quod quae primo capite, ubi de subsidiorum inopia agebatur,[1]) de universa prae-Socraticorum philosophia dicta sunt, imprimis cadunt in Orphicos: non solum operum eorum, ad hanc disputationem pertinentium, non nisi fragmenta aetatem tulerunt, sed ipsa haec fragmenta quibus operibus sint tribuenda cuiusve aetatis sint, prorsus est incertum; praeterea autem horum fragmentorum multa inveniuntur in ipsis PLATONIS scriptis!

Alia accedunt graviora: Orphicae doctrinae non omnes inter se congruunt: neque eaedem semper fuerunt, nec uno opere continentur: non ab uno poëta vel philosopho sunt excogitatae, sed variis temporibus homines varii eas protulerunt:[2]) itaque complures extiterunt theogoniae, et aetatibus et argumentis non parum diversae. Ab altera vero parte, ut prisca carminum indoles servaretur, posteriorum auctores ad priorum exempla saepius se applicaverunt,[3]) quo factum est ut in tanta reliquiarum raritate ac dissipatione, qui sit variorum operum ordo ac progressio, non amplius certo modo possit internosci. Quibus perpensis facile intellegetur, multo maiorem

---

1) Cf. pagg. 35 sqq.

2) Cf. supra, pag. 73, adn. 3.

3) Cf. GRUPPE apud ROSCHER o. l., col. 1119: „Wenn gleichwohl ein grosser Teil dieser Gedichte sowohl hinsichtlich der in ihnen erzählten Mythen als auch hinsichtlich der ganzen schriftstellerischen Anlage und selbst des Ausdrucks übereinstimmt, so erklärt sich dies genügend daraus, dass jedes folgende Werk, um sich als echt zu legitimieren, sich an den Stil der früheren anschliessen musste."

etiam esse inter viros doctos dissensionem, ubi quaeritur, quid de ipsis Orphicis Orphicorumque doctrinis sit censendum, quam ubi quid PLATO de iis iudicaverit, rogatur. Alii cum vix flocci faciant Orphicos[1]) et Orphicorum opera recentioribus attribuant temporibus, gravissimos eos fuisse alii censent et prima saltem eorum scripta antiquissima ducunt. In quo tamen notandum est, in universum recentissimos quosque viros doctos in ea esse sententia, ut ad prae-Socraticam philosophiam intellegendam plurimum valere existiment Orphicorum doctrinarum cognitionem.[2])

2. Ei, qui quid de Orphicis sentiat PLATO scire cupit, cum certissima quaeque fundamento esse oporteat,[3]) ab iis locis proficiscendum est, quibus vel Orpheus vel Orphici nomine afferuntur. Sunt autem hi:

Sympos. 179 D: *Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς ἐφ᾽ ἣν ἧκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες, ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει, ἅτε ὢν κιθαρῳδός, καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν ὥσπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι ζων εἰσιέναι εἰς Ἅιδου. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῳ ἐπέθεσαν, καὶ ἐποίησαν τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικων γενέσθαι, οὐχ ὥσπερ Ἀχιλλέα τὸν τῆς Θέτιδος υἱὸν ἐτίμησαν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν κ.τ.λ.*

---

1) Cf. STEINTHAL o. l. pag. 96: „... von Orphikern und Leuten ähnlichen Gelichters, Herakliteern und Sophisten."

2) Cf. MEYERI verba, supra iam laudata, o. c. pag. 752: „Dem Parallelismus zwischen Orphik und Philosophie ist man erst in letzter Zeit näher getreten ...," pagg. 735 sqq.: „In Wirklichkeit ist ohne richtige Würdigung der Orphik die griechische Entwickelung des sechsten und fünften Jahrhunderts, namentlich die der Philosophie, gar nicht zu verstehen."

3) Cf. pag. 39.

Rep. 619 E sqq.: ταύτην γὰρ δὴ ἔφη τὴν θέαν ἀξίαν εἶναι ἰδεῖν, ὡς ἕκασται αἱ ψυχαὶ ᾑροῦντο τοὺς βίους· ἐλεεινήν τε γὰρ ἰδεῖν εἶναι καὶ γελοίαν καὶ θαυμασίαν· κατὰ συνήθειαν γὰρ τοῦ προτέρου βίου τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τήν ποτε Ὀρφέως γενομένην κύκνου βίον αἱρουμένην, μίσει τοῦ γυναικείου γένους διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον οὐκ ἐθέλουσαν ἐν γυναικὶ γεννηθεῖσαν γενέσθαι· ἰδεῖν δὲ τὴν Θαμύρου ἀηδόνος ἑλομένην κ.τ.λ.

Legg. 829 D sqq.: μηδέ τινα τολμᾶν ᾄδειν ἀδόκιμον μοῦσαν μὴ κρινάντων τῶν νομοφυλάκων, μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφείων ὕμνων κ.τ.λ.

Protag. 315 A sqq.: τούτων δὲ οἳ ὄπισθεν ἠκολούθουν ἐπακούοντες τῶν λεγομένων, τὸ μὲν πολὺ ξένοι ἐφαίνοντο, οὓς ἄγει ἐξ ἑκάστων τῶν πόλεων ὁ Πρωταγόρας, δι' ὧν διεξέρχεται, κηλῶν τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται κεκηλημένοι κ.τ.λ.

Ion. 533 B sqq.:[1]) Ἀλλὰ μήν, ὥς γ' ἐγὼ οἶμαι, οὐδ' ἐν αὐλήσει γε οὐδὲ ἐν κιθαρίσει οὐδὲ ἐν κιθαρῳδίᾳ οὐδὲ ἐν ῥαψῳδίᾳ οὐδεπώποτ' εἶδες ἄνδρα, ὅστις περὶ μὲν Ὀλύμπου δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἢ περὶ Θαμύρου ἢ περὶ Ὀρφέως ἢ περὶ Φημίου τοῦ Ἰθακησίου ῥαψῳδοῦ, περὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ἐφεσίου ἀπορεῖ καὶ οὐκ ἔχει συμβάλλεσθαι, ἅ τε εὖ ῥαψῳδεῖ καὶ ἃ μή.

Legg. 677 C sqq.: Πῶς γὰρ ἄν, ὦ ἄριστε, εἴ γε ἔμενε τάδε οὕτω τὸν πάντα χρόνον, ὡς νῦν διακεκόσμηται, καινὸν ἀνευρίσκετό ποτε καὶ ὁτιοῦν; τοῦτο [ὅτι] μὲν γὰρ μυριάκις μύρια ἔτη διελάνθανεν ἄρα τοὺς τότε, χίλια δ' ἀφ' οὗ [γέγονεν] ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη τὰ μὲν Δαιδάλῳ καταφανῆ γέγονε, τὰ δὲ Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Παλαμήδει, τὰ δὲ περὶ μουσι-

1) Quid de hoc dialogo censeam, suo loco expositurus sum; utique hic locum afferre opus est.

κὴν Μαρσύᾳ καὶ Ὀλύμπῳ, περὶ λύραν δ' Ἀμφίονι, τὰ δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔπος εἰπεῖν χθὲς καὶ πρώην γεγονότα.

Ion. 536 A sqq.: καὶ ὁ μὲν τῶν ποιητῶν ἐξ ἄλλης Μούσης, ὁ δὲ ἐξ ἄλλης ἐξήρτηται· ὀνομάζομεν δὲ αὐτὸ κατέχεται· τὸ δέ ἐστι παραπλήσιον· ἔχεται γάρ· ἐκ δὲ τούτων τῶν δακτυλίων, τῶν ποιητων, ἄλλοι ἐξ ἄλλου αὖ ἠρτημένοι εἰσὶ καὶ ἐνθουσιάζουσιν, οἱ μὲν ἐξ Ὀρφέως, οἱ δὲ ἐκ Μουσαίου· οἱ δὲ πολλοὶ ἐξ Ὁμήρου κατέχονταί τε καὶ ἔχονται.

Apolog. 40 E sqq.: εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστιν τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσιν ἅπαντες οἱ τεθνεωτες, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί; εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς Ἅιδου, ἀπαλλαγεὶς τούτων τῶν φασκόντων δικαστῶν εἶναι, εὑρήσει τοὺς ἀληθως δικαστάς, οἵπερ καὶ λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ Αἰακὸς καὶ Τριπτόλεμος καὶ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; ἢ αὖ Ὀρφεῖ ξυγγενέσθαι καὶ Μουσαίῳ καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν; ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις θέλω τεθνάναι, εἰ ταῦτ' ἔστιν ἀληθῆ· κ.τ.λ.

Cratyl. 402 B sqq.: λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς ὅτι

Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίρροος ἦρξε γάμοιο,
ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

Phileb. 66 C sqq.: Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεύς, καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς· ἀτὰρ κινδυνεύει καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐν ἕκτῃ καταπεπαυμένος εἶναι κρίσει.

Legg. II 669 D: ποιηταὶ δ' ἀνθρώπινοι σφόδρα τὰ τοιαῦτα ἐμπλέκοντες καὶ συγκυκωντες ἀλόγως γέλωτ' ἂν παρασκευάζοιεν τῶν ἀνθρώπων ὅσους φησὶν Ὀρφεὺς λαχεῖν ὥραν τῆς τέρψιος. ταῦτά γε γὰρ ὁρῶσι παντα κυκώμενα, κ.τ.λ.

Legg. VI 782 C sqq.: Τὸ δὲ μὴν θύειν ἀνθρώπους ἀλλήλους ἔτι καὶ νῦν παραμένον ὁρῶμεν πολλοῖς· καὶ τοὐναντίον ἀκούομεν ἐν ἄλλοις, ὅτε οὐδὲ βοὸς ἐτολμῶμεν γεύεσθαι θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα, σαρκῶν δ' ἀπείχοντο ὡς οὐχ ὅσιον ὂν ἐσθίειν οὐδὲ τοὺς τῶν θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν, ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγίγνοντο ἡμῶν τοῖς τότε, ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τοὐναντίον πάντων ἀπεχόμενοι.

Cratyl. 400 C: δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσιν· τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σῴζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα· εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο, ὥσπερ αὐτὸ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲν δεῖν παράγειν οὐδὲ γράμμα.

Protag. 316 D sqq.: ἐγὼ δὲ τὴν σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς, πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι, τοὺς μὲν ποίησιν, οἷον Ὅμηρόν τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Σιμωνίδην, τοὺς δὲ αὖ τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας, τοὺς ἀμφί τε Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον· ἐνίους δέ τινας ᾔσθημαι καὶ γυμναστικήν, οἷον Ἴκκος τε ὁ Ταραντῖνος καὶ ὁ νῦν ἔτι ὢν οὐδενὸς ἥττων σοφιστὴς Ἡρόδικος ὁ Σηλυμβριανός, τὸ δὲ ἀρχαῖον Μεγαρεύς· κ.τ.λ.

Rep. II 364 E sqq.: βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει.

3. Locos hos — quos de industria hoc ordine enumeravi — qui paulo accuratius inspexerit, facile videbit dividi posse in partes duas, quarum altera ad fabulam spectet, ad philosophiam altera. Quod qui neglegunt, vix quid de Orphicis iudicet PLATO, recte aestimare posse mihi videntur. Priores — eos dico qui de fabuloso illo vate agunt — ab omni philosophia sunt remoti ideoque in hanc disputationem parvi momenti. Cum vero utram ad partem pertineant, non de omnibus his constet, ideoque ipsum hoc primum quaeratur, utri parti locus aliquis sit subiciendus, nec illi silentio praetereundi sunt, de Orphicis dicturi facere non possumus quin prius de ipso Orpheo agamus: itaque de hoc prior est quaestio.

A. DE ORPHEO.

4. Primi loci quin ad ipsum referendi sint Orpheum, vix dubia movent. Sympos. 179 B sqq. PHAEDRUS — idem a quo dialogus ille nomen habet[1] —, amoris describens vim in altera orationis parte, qua ostendere conatur, Amorem *μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιον εἶναι*, eum solum inducere homines dicit, ut pro aliis mortem obeant, non modo viros, sed etiam mulieres: *Καὶ μὴν ὑπεραποθνῄσκειν γε μόνοι ἐθέλουσιν οἱ ἐρῶντες, οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες.* Testimonio esse clarissimum illud Alcestidis Peliae filiae exemplum, quae sola sustinuerit pro suo

---

1) HUG, Platons Symposion, Leipzig. Teubner, 1876, pag. XLI.

ipsa marito mori, licet eius pater et mater viverent: quam hoc edentem opus tam pulchrum edidisse visam esse non solum hominibus, verum etiam diis, ut, licet multi multa pulchra peregissent, tamen paucis quibusdam hoc dii tribuentes praemium ut ab inferis remitterent animum, illius animum remitterent oblectati opere: *οὕτω καὶ θεοὶ τὴν περὶ τὸν ἔρωτα σπουδήν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν.*

Huic Orpheus opponitur: *illam* iusto dii ornarunt praemio, maritum reddentes, *hunc* inanem dimiserunt ab inferis, spectrum ostendentes uxoris propter quam venerat, ipsam vero non dantes; *illi* vitam reddiderunt, quod mortem non metuerit: *huic* poenam constituerunt, ut morte afficeretur a feminis, quod sponte mortem obire amoris causa non ausus esset, sed hoc esset machinatus ut vivus ad inferos descenderet, quod igitur, ut erat κιθαρῳδός, ignave fecisse iis visus esset.

Duo igitur, ut sententiam suam confirmet, PHAEDRUS affert exempla; quae inter se opponuntur: alterum per thesin probat, per antithesin alterum: Alcestis verum amorem habuit: itaque fortiter fecit, et a diis est honorata: Orpheus verum amorem non habuit: itaque ignave egit, et a diis multatus est.

Haec autem exempla opponi alterum alteri ex ipsis orationis verbis apparet:

ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις.	*Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου.*
ἐθελήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὑτῆς ἀνδρὸς ἀποθανεῖν.	*οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν ὥσπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι ζῶν εἰσιέναι εἰς Ἅιδου.*

καὶ τοῦτ᾽ ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕτω καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥστε ... ἀνεῖσαν.	*ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ... [οἱ θεοί], ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει [αὐτοῖς].*
οὕτω καὶ θεοὶ τὴν περὶ τὸν ἔρωτα σπουδήν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν.	*τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ ἐπέθεσαν.*

Hanc *ἀντίθεσιν* ut consequeretur, non dubitavit PHAEDRUS, sophistarum mores secutus, ipsam fabulae naturam et vim ad arbitrium suum prorsus mutare vel potius depravare.[1])

Quod si ita est, facile intellegitur, imprimis cavendum esse, ne temere iis quae hic ab illo dicuntur, ipsius PLATONIS contineri statuamus sententiam: singuli, qui in Symposio prodeunt in scenam oratores,

---

1) HUG o. l. pag. XLI: „Dagegen ist die Beweisführung überall sophistisch dreist, vergleiche insbesondere die ganz willkürliche Verdrehung der Sage von Orpheus, die charakteristisch ist für den, der sonst kurzweg die Mythen verwirft..."

Discrepantias enumerat HUG ad ipsum locum (pag. 41): „Dieses schliessliche Mislingen der That — gegenüber dem Gelingen derselben in der Sage von Alkestis — verleitet nun den Phaedros die Erzählung von Orpheus in ganz willkürlicher Weise zu verdrehen. Die Abweichungen, die er sich erlaubt, bestehen in folgenden Punkten: 1) in der sonst nirgends vorkommenden Behauptung, dass die Götter Orpheus unverrichteter Dinge (*ἀτελής*) aus dem Hades entlassen hätten, indem sie ihm statt der wirklichen Alkestis ein Trugbild (*φάσμα*) derselben mitgaben .... 2) Dieser Miserfolg wird auf Rechnung der angeblichen Feigheit oder Weichlichkeit (*μαλθακίζεσθαι*) des Orpheus gesetzt. Während nämlich nach gewöhnlicher Anschauung gerade das *ζῶντα εἰσιέναι εἰς Ἅιδου* wegen der zu bestehenden Gefahren als ein ausserordentlichen Muth erforderndes Wagniss gefasst wird, behauptet Phaedros Orpheus habe dies vorgezogen, weil er für einen natürlichen Tod (durch Selbstmord?) zu feige gewesen sei. 3) Ausser dem Miserfolg der Unternehmung selbst traf nach Phaedros den Orpheus als weitere Strafe für seine Feigheit ein schmachvoller Tod durch die Hand von Weibern ...."

PHAEDRUS, PAUSANIAS, ERYXIMACHUS, ARISTOPHANES, AGATHON, suas quisque partes agunt, vel potius certi hominum generis sui similium personas gerunt: Phaedri autem in persona imitatur PLATO vulgarem civem Atheniensem, qui Sophistarum ostentationis et eloquentiae admiratione incensus, studiose hos audiret, omnibus in rebus eorum auctoritatem sequeretur, ex eorum consuetudine specie quadam doctrinae indutus, eorum more de qualibet re summa levitate et iactatione dissereret, omnia scire se arbitratus, reapse autem sciret aut recte intellegeret nihil. [1])

Igitur quae hic dicuntur nec PLATONIS significant opinionem nec vulgarem fabulae formam [2]), sed PHAEDRI eiusque similium commenta [3]): itaque ad

---

1) HUG o. l. pag. XLII: „Phaedros stellt den gewöhnlichen Athenischen Bürger dar, den eine rastlose Neugierde zu den rhetorischen und philosophischen Kreisen hindrängt, der da und dort etwas aufschnappt und sich aneignet, jedoch ohne tieferes Verständniss, aber mit desto grösserem Selbstbewusstsein."

pag. XLI: „Und wenn derselbe [der Komiker ALEXIS] ihn die tiefsinnigen Belehrungen, die Diotima über das Doppelwesen des Eros gibt, bewundernd nachplappern lässt, obwohl er zugibt, dass er davon nichts verstanden hat, so stimmt dies nicht übel mit dem oberflächlich seichten Räsonnement, welches Platon dem Phaedros in seiner Rede in den Mund legt." Cf. GROEN VAN PRINSTERER o. l. pagg. 216—218.

2) Cf. H. FLACH, Gesch. d. Griech. Lyr. I. pag. 48, adn. 2: „Plato's Erzählung Conv. 179 D giebt natürlich nicht die Vulgärsage wieder."

3) Itaque iure quidem WEBER o. l. pag. 19: „O. wird hier mit scharfem Hohne behandelt" sqq., *iniuria* tamen pag. 20: „den Grund seiner Feigheit findet Platon in der Musikantennatur"; pag. 37: „In der bereits behandelten Stelle symp. 179 D f. zerzaust er die Hadesfahrt des O."; iniuria, inquam; immo vero illudentem faciens PHAEDRUM Orphei *κατάβασιν*, non Orpheum illudit PLATO, sed Phaedrum. Itaque etiam ea minus sunt recta, quae pag. 20 adn. 39 dicit WEBER: „bei Platon [ist Orpheus] ein weichlicher Musikant, der zwar sein Weib gerne wieder hätte, aber zu feig ist, durch den Tod zu ihr in die Unterwelt hinabzukommen. Deshalb foppten ihn auch die Götter und straften ihn noch obendrein."

Platonis cognoscendam sententiam parum sunt idonea [1]): nimirum imprimis quam in oratiuncula adhibet Phaedrus Orphei eiusque facinoris despicientiam, haec a Socratis verbis, quibus in Phaedone [2]) ad

---

Melius Gruppe l.l. (col. 1126), quamquam satis caute hic: „*Platon* spielt mit den Gestalten des Mythos überall, besonders aber im dem schalkhaften und phantastischen *Symposion* so frei, dass ein Widerspruch einer dieser offenbar launenhaft für den Augenblick erfundenen Verwendungen eines Mythos gegenüber andern Stellen selbst dann nichts Befremdliches hat, wenn sich erweisen lässt, dass Platon dem Sprechenden seine eigene Ansicht beilegt." Minus recte tamen de hac re idem dicit col. 1158.

1) Quae si ita sunt, sequitur, ut etiam ea, quae ex hoc Symposii loco efficit Weber ad Platonis de Orpheo statuendum iudicium [cf. Gruppe l.l. col. 1126: „der (i. e. Weber) namentlich hervorhebt, dass die verächtliche Hinweisung auf O'. Hadesfahrt in der Rede des Phaidros bei *Platon. symp.* 7 S. 179 (Sp. 1166, 24) unvereinbar damit sei, dass Platon ein Lied von O'. Hadesfahrt viel benutzt habe"] fundamento careant.

2) Phaedon. 68 A sqq.: *ἢ ἀνθρωπίνων μὲν παιδικῶν καὶ γυναικῶν καὶ υἱέων ἀποθανόντων πολλοὶ δὴ ἑκόντες ἠθέλησαν εἰς Ἅιδου ἐλθεῖν, ὑπὸ ταύτης ἀγόμενοι τῆς ἐλπίδος, τῆς τοῦ ὄψεσθαί τε ἐκεῖ ὧν ἐπεθύμουν καὶ συνέσεσθαι· φρονήσεως δὲ ἄρα τις τῷ ὄντι ἐρῶν, καὶ λαβὼν σφόδρα τὴν αὐτὴν ταύτην ἐλπίδα, μηδαμοῦ ἄλλοθι ἐντεύξεσθαι αὐτῇ ἀξίως λόγου ἢ ἐν Ἅιδου, ἀγανακτήσει τε ἀποθνῄσκων καὶ οὐκ ἄσμενος εἶσιν αὐτόσε*; Hominum illa desideria minoris quidem hoc loco aestimantur quam *φρονήσεως* cupiditas, omnino tamen non contemnuntur: gradatio est a minore ad maius; despicientia autem eiusmodi facinorum, quale est Orphei, prorsus abesse mihi videtur. Itaque non intellego qui Weber, Platon. Not. üb. O. pag. 37 scribere potuerit: „Mit dem, der um seines verstorbenen Weibes willen in den Hades ging, kann (nach symp. 179 D) doch wohl nur O. gemeint sein. Interessant ist, wie auch hier mit einer gewissen Geringschätzung davon gesprochen wird, dass er aus recht menschlichem, sinnlichem Motive in die Unterwelt gegangen sei." Despicientiam hanc indicent qui sagaciores; equidem nihil eiusmodi conspicere libenter me confiteor, nisi forte quis *despicere aliquid* et *graviori alicui rei postponere aliquid* idem sonare putat: mea quidem opinione si minus *laudatur* hoc loco tale facinus, quale Orphei fuit, at certe non contemnitur: immo vero vere philosophis in exemplum proponitur.

Quod si ita est, non congruunt inter se quae de utroque loco Sympos. 179 D et Phaedon. 68 A Weber dicit pagg. 19 et 37. Recte Gruppe ap. Roscher col. 1126: „Weber (S. 37) selbst bezieht, was übrigens nicht sicher ist, *Plat. Phaid.* 12 S. 6118[a], wo der Abstieg in den Hades offenbar wenn nicht gepriesen, so doch jedenfalls

idem factum alludere videtur, omnino abest: in Apo-

---

im Gegensatz zur *Symposion*stelle als ein Beweis von Mut angeführt wird, auf O." Scilicet Weberi est vitium, quod neglexit, ea quae in Symposio leguntur, non dici a Socrate, sed a Phaedro.

Praeterea vero quae de causa, cur ad inferos descenderit Orpheus, ex Platonis verbis elicere conatur Weber, non recte mihi elicere videtur: scilicet tenendum est, quam ob rem hic Orphei exemplum afferatur: non affertur ut carpatur ille — id quod iam ex eo apparet, quod non solus commemoratur Orpheus, sed una cum aliis, qui carpi non poterant: πολλοὶ δὴ ἑκόντες ἠθέλησαν εἰς Ἅιδου ἐλθεῖν —, sed ut ostendatur, quanto magis philosophis mors obeunda sit, quibus tanto maius propositum sit praemium: itaque utrum revera Orpheus hanc ob rem descenderit, necne, nihil id Platonis refert hoc loco: in fabula erat, Orpheum ut uxorem recuperaret, ad inferos descendisse, id quod non ignaviae, sed fortitudinis habebatur: ad fabulam autem hanc ut demonstret quae sibi demonstranda posuit, alludit Plato: amplius nihil. Ad Platonis de Orpheo cognoscendum iudicium nihil affert hic locus, nedum quae Weber elicit. Itaque nec intellego, qui dubitare possit Weber utrum ex populi narrationibus an ex poetae alicuius carmine noverit Plato Orphei descensum ad inferos (pag. 37: „Kannte Platon die Hadesfahrt des O. als eine Volkssage oder aus einer dichterischen Bearbeitung? Höchst wahrscheinlich aus poetischer Quelle.")

Primo enim quae in Phaedone leguntur et ea quae in Symposio dicit Phaedrus, ex eodem fonte fluxisse, vix credibile est: certe omnino non congruunt inter se.

Deinde autem illa de Orpheo fabula, quam in Phaedone spectari Weber dicit, ita erat in vulgus nota, ut certo quodam fonte usum esse Platonem omnino non sit necesse.

Ceterum quod Weber primum se animadvertisse putat, alludi hic ad Orpheum [pag. 37: „Auch in einer zweiten, soviel ich sehe, bis jetzt nicht beachteten Stelle spielt er auf sie an. Phädon p. 68 A heist es" sqq.], in his quoque errat. Iam Wohlrab (Platons Phaedon. Für den Schulgebrauch erklärt. Leipzig. Teubner 1879) ad locum annotavit: „Anspielung auf die Sagen von Alkestis und Admetos, Orpheus und Eurydike, Achilles und Patroklos, die Platon auch im symp. 179 D berührt."

Ceterum eorum qui de Orpheo apud Platonem commemorato scripserunt si qui neglexerint hunc locum, non est admodum mirum, cum una ex parte ad Platonis de Orpheo iudicium cognoscendum vix quicquam eum afferre supra iam sit demonstratum, altera vero ex parte omnino constare non videatur, ad Orpheum hic alludi [cf. Gruppi verba, supra laudata: „was übrigens nicht sicher ist"], saltem non solum hic significari. Sic Schmidt, Eth. d. alt. Gr. I. pag. 103 ad ipsius Platonis temporum consuetudinem locum videtur referre: „Viele wünschten, wie in Platon's

logia vero idem ille SOCRATES in eorum numero refert Orpheum, quibuscum versari summam afferat delectationem, licet huic loco non nimis tribuendum aliquis putet, cum in Apologia inveniatur.

Nihilominus nonnulla, quae Symposii locus ille exhibet, in aliis quoque inveniuntur dialogis, et id quidem saepius ita, ut vix ipsius PLATONIS partes agere eum qui dicat negari possit, quamquam nusquam alibi invenitur PHAEDRI despicientia: cuius rei causa haec mihi videtur, quod in PHAEDRI oratione ipsa vulgaris fabulae vis mutatur illa quidem, multa tamen insunt quae ad hanc fabulam pertineant; PLATO autem, de Orpheo dicens, ab hac fabula — licet ei credidisse eum omnino non appareat — vix usquam recedit, id quod proximis paginis accuratius ostendetur.

De Phaedonis loco iam diximus. Quod Symp. 179 D κιθαρῳδός vocatur Orpheus, non pugnare videntur quae leguntur Ion. p. 533 C.[1]) Attamen neque hic locus ad

---

Phädon (68[a]) erwähnt wird, zu sterben um geliebte Menschen, die sie durch den Tod verloren hatten, im Hades wiederzusehen;" haud scio tamen annon iure SCHMIDT hoc censeat. Ceterum simile quid putare videtur DIETERICH, Nekyia, pag. 136, et adn. 3.

1) Cf. WEBER o. l. pag. 33. Nimium tamen is contendere videtur, cum Orpheum hoc loco ipsis verbis κιθαρῳδόν appellari dicit [„Jon p. 533 BC. symp. 179 D wird er als κιθαρῳδός genannt"]: scilicet sermo est de αὐλήσει, de κιθαρίσει, de κιθαρῳδίᾳ, de ῥαψῳδίᾳ; ad quam harum artium Orphei ars sit referenda, diserte quidem non dicitur.

Ceterum ZELLER o. l. II 1[4] pagg. 480 sqq. verisimillimum censet, Ionem dialogum non scripsisse PLATONEM. HUIT o. l. II pagg. 223—225 dubitat. Contra GOMPERTZ II pag. 564 (adn. ad pag. 230 vs. 10): „Am schwächsten begründet scheint die Athetese des Ion, ein Schriftchen, das schon das geniale Gleichnis von den magnetischen Ringen (533[d]) vor Anfechtungen schützen könnte ... Dem vielfach angefochtenen Dialog ist neuerlich ein kräftiger Verteidiger erstanden in Walther Janell, Quaestiones Platonicae 325 ff." Vide praeterea STAEHLIN o. l. pagg. 29 sqq. (Cf. pag. 29: „Eigent-

Platonis cognoscendum iudicium quicquam adhibet, cum referat Plato id quod *alii* faciunt, suam ipsius opinionem non proferat. Simile quid autem est dicendum de Ion. 536 A sqq.: licet concedendum videatur Webero, [1]) ποιητήν hic dici a Platone Orpheum, — utrum vero hoc nomine eum appellet, quod in *fabula* Orpheus esset poëta, an quod *ipse* Plato ita censeret, omnino non apparet. —

Orphei cantus vis ac suavitas significatur Protag. 315 A sqq„ ubi cum Sophistarum confertur illecebris: scilicet Protagoras ex unaquaque quam percurrat urbe discipulos ductare dicitur, alliciens eos voce Orphei instar, illi vero vocem sequuntur allecti: quae non dubium est spectare ad notam illam fabulam, quam his verbis commemorat Metamorphoseon auctor: [2])

Carmine dum tali silvas animosque ferarum
Threicius vates et saxa sequentia ducit, sqq.

Cum his autem congruit quod Legg. 829 D ὕμνων eius dulcedo celebratur hoc modo, ut cavendum esse dicatur, ne quis carmen canat non probatum iudicio legum custodum, μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφείων ὕμνων.

Hic tamen iam in medias incidimus difficultates. Primo quaeritur de adiectivo Ὀρφεῖος, utrum idem valeat genetivus Ὀρφέως, ita ut etiam nullo discrimine scribi potuisset genetivus, necne. Quod etiamsi con-

---

lich triftige Gründe gegen die Echtheit dieses Dialoges werden nicht vorgebracht.") In hoc quoque dialogo certa indicia quae Platoni abiudicare eum cogant, inesse non videntur; quam ob rem Platonis eum esse censendum arbitror.

1) Weber o. l. pag. 33: „als ποιητής lernen wir ihn Jon 536 B kennen".

2) Ovid. Metamorph. XI, 1, 2.

cedatur,[1]) alia multa restant dubia, eaque gravissima.

---

1) Revera hoc, quamquam mirum utique est non scripsisse PLATONEM *Ὀρφέως ὕμνων*, negari non posse mihi videtur, licet fieri possit, ut adiectivum aliquanto latius pateat quam genetivus. (Cf. de adiectivorum in-*ιος* desinentium vi KÜHNER-BLASS, Ausf. Gr. d. Gr. Spr. I. 2 pagg. 291 sqq.; praeterea pag. 294 adn. 4). Prorsus idem quod genetivus *Ὀρφέως* adiectivum sonat apud PHANOCL. [fr. 1, 16 sqq. (STOBAEI Florileg. 64 [ed. MEINEKE. Vol. II pag. 387]):

ἠχὴ δ' ὡς λιγυρῆς πόντον ἐπέσχε λύρης,
νήσους τ' αἰγιαλούς θ' ἁλιμυρέας, ἔνθα λίγειαν
ἀνέρες Ὀρφείην ἐκτέρισαν κεφαλήν.

(paulo ante, vs. 6: *τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλὴν χαλκῷ τάμον*);

apud APOLLON. RHOD. Argonaut. II, vss. 159 sqq.:

ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα
ἀγχιάλῳ, τῇ καί τε πέρι πρυμνήσι' ἀνῆπτο,
Ὀρφείῃ φόρμιγγι συνοίμιον ὕμνον ἄειδον
ἐμμελέως·

cf. I, 540 sqq.:

ὡς οἵ ὑπ' Ὀρφῆος κιθάρῃ πέπληγον ἐρετμοῖς
πόντου λάβρον ὕδωρ, sqq.

Vide praeterea SUIDAM i. v.: *Ὀρφεία λύρα τοῦ Ὀρφέως*, quamquam mirum est, necesse illum putavisse, adiectivi *Ὀρφεῖος* vim hoc modo explicare; denique affero EURIP. Alc. 964 sqq.:

ἐγὼ καὶ διὰ μούσας
καὶ μετάρσιος ᾖξα καὶ
πλείστων ἁψάμενος λόγων
κρεῖσσον οὐδὲν Ἀνάγκας
εὗρον, οὐδέ τι φάρμακον
Θρῄσσαις ἐν σανίσιν, τὰς
Ὀρφεία κατέγραψεν
γῆρυς, κ.τ.λ..

Ceterum in Latinis apud OVIDIUM talis adiectivi pro genetivo usus satis est frequens: de adiectivo *Orpheus* cf. e. g. Metamorph. X, 3:

tendit et Orphea nequiquam voce vocatur.

XI, 22:

Maenades Orphei titulum rapuere theatri [triumphi *alii*].

Reverane hoc loco Orpheum hymnos fecisse significat PLATO litteris mandatos, et se nosse hos profitetur?

Sunt qui dixerint: ut de TIEDEMANNO[1]) taceam, recentioribus temporibus WEBER huius opinionis adiutor auctorque exstitit. [2]).

Mihi potius convenit cum LOBECKIO, qui Aglaoph. pagg. 389 sqq. hoc modo iudicat: „ . . homines literatos legisse aliquid de hoc genere carminum, nullo indicio patet. Platonem quidem frustra antestatur Tiedemannus. Nam quod in Legg. VIII. 849[3]) E. vetat μή τινα τολμᾷν

Eadem est ratio vocis quae est Γόργειος HOM. Od. L, 634:

μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου
ἐξ Ἀΐδεω πέμψειεν ἀγαυὴ Περσεφονεία.

cf Iliad. E, 741.

Ceterum notandum est, LOBECKIUM, Aglaoph. I p. 390 exhibere Ὀρφέως pro Ὀρφείων PLATONIS Legg. loco.

1) Cf. LOBECK, Aglaoph. I p. 389.

2) o. l. pag. 34: „Die Hymnen des O. aber mussten in Platons Zeit sehr bekannt gewesen sein, sonst könnte er sie wohl nicht exempli causa in einer Weise erwähnen, die sie als seinen Lesern geläufig voraussetzt. . . . Wichtig ist, dass Platon orphische Hymnen überhaupt nennt, womit bezeugt ist, dass auch dem Altertume solche bekannt waren . . . Wenn die Worte de legg. p. 715 E ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων wirklich auf einen orphischen Vers anspielen, wie die Scholien behaupten, so mag dieser aus einem hymnosartigen Gedichte stammen, wie Gruppe wahrscheinlich gemacht hat."

Vix tamen cum hisce congruere mihi videntur, quae eadem pag. scribit WEBER: „Ob diese Gedichte schriftlich aufgezeichnet waren, ob Platon sie gelesen hatte, lässt aus der einfachen Erwähnung sich nicht entscheiden." Etenim quid aliud demonstrare conatus est? Alioquin cur impugnat LOBECKIUM? Quam aliam ob causam ipse verisimile putat, versum, quem ipse PLATO commemorat, ad eiusmodi hymnum pertinere? Traditum fuisse, Orpheum carmina fecisse in honorem deorum, satis constat, neque a LOBECKIO negatur; hoc autem ex PLATONIS operibus demonstrare necesse non erat.

3) Lege 829.

ᾄδειν ἀδόκιμον μοῦσαν, μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφέως ὕμνων, manifestum est, haec nomina duntaxat exempli causa afferri eorumque loco etiam Sirenum cantus usurpari potuisse."

Ea quae huc usque apud PLATONEM de Orpheo invenimus tradita, vix favere videntur WEBERI sententiae: videamus igitur, utrum contra valeant quae hic Legum locus exhibet.

WEBER, ut opinionem suam probet, contra oppositam LOBECKII sententiam duo potissimum profert argumenta: 1°. quod ex ipso verborum contextu appareat, ad poëtam Orpheum respici, non ad cantorem solum, cum manifesto agatur de ἱεροῖς ποιήμασι; 2°. quod non quadret ad LOBECKII sententiam vocis quae est ὕμνος definitio, quam ipse PLATO exhibeat Legg. p. 700 B. 1)

Argumenta haec non multi pretii esse mihi videntur. *Primo*, quod, ut posterius affirmet, addit WEBER: „Hymnos bezeichnet also nicht die Melodie allein, sondern das in Melodie gesetzte Gebet", refutat quae non contendit LOBECKIUS; immo diserte is dicit pag. 389: „Loquor de iis, qui literis consignati sunt.

---

1) o. l. pag. 34: „Wenn Lobeck, Agl. p. 389 f. bestreitet, dass man orphische Hymnen im Altertum gelesen habe und behauptet, Platon habe den O. nur als Beispiel genommen, wo er ebensogut die Sirenen hätte nehmen können, habe hier also den O. nicht so sehr als Dichter, wie vielmehr als Sänger gemeint, so stimmt das nicht zusammen mit dem ganzen Zusammenhang, wo deutlich genug von den ἱερὰ ποιήματα gesprochen ist; es stimmt aber auch nicht zur Definition, die Platon selbst von den ὕμνοι de legg. p. 700 B gibt: διῃρημένη γὰρ τότε ἦν ἡμῖν ἡ μουσικὴ κατὰ εἴδη ... καί τι ἦν εἶδος ᾠδῆς εὐχαὶ πρὸς θεούς, ὄνομα δὲ ὕμνοι ἐπεκαλοῦντο. Hymnos bezeichnet also nicht die Melodie allein, sondern das in Melodie gesetzte Gebet."

Nam poetarum principem deorum laudes cantu celebrasse fortasse jam tum creditum est, quum nomen ejus in Graecia inclaresceret;" Sirenes autem, quas exempli causa affert LOBECKIUS, carmina canere ab ipso PLATONE dicuntur. Quid demonstrare conetur LOBECKIUS, ipse addit: „Sed homines literatos legisse aliquid de hoc genere carminum nullo indicio patet." Haec autem quod ad PLATONEM — de quo uno hic dicendum est — recta mihi videntur, nec ab ipso WEBERO negantur: „Ob diese Gedichte schriftlich aufgezeichnet waren, ob Platon sie gelesen hatte, lässt aus der einfachen Erwähnung sich nicht entscheiden." Itaque vix intellego, quid sibi velit WEBER, haec adiciens.

Deinde vero nec ipsa WEBERI argumenta mihi sunt perspicua. Scilicet de solo *cantu*, ita ut verba omnino absint, non agi, id verum quidem est; sed equidem dubito, an tam ineptus sit quis, qui hoc contendere audeat. Qui canit, *carmen* canat necesse est; ipsum eum esse carminis quod canit auctorem, h. e. cantorem eundem esse poëtam, id quidem necesse non est, Graecos vero secundum ea quae de Orphei temporibus sentirent, cecinisse eum carmina quae ipse fecisset, arbitratos esse, non facile negabitur.

Ad contextum revocat WEBER: sed ipse hic contextus mihi videtur obstare, quominus sequamur eius sententiam.

Libri octavi Legum initio de religione dicturus PLATO primum de sacrificiis diebusque festis disserit. Atque sacrificia quidem, inquit, totum per annum singulos magistratus pro civitatis salute facere oportet, dies vero festi ac sollennes secundum tribuum nu-

merum duodecim celebrantor cum certaminibus tam gymnicis quam musicis coniuncti. Carminum autem, quae eiusmodi diebus festis sunt canenda in honorem deorum vel ad vituperandos aut landandos eos qui certaverint, poëtae sint non quilibet, sed certi quidem ac destinati, non minores quinquaginta annis, boni et honorati in urbe, bonorum operum auctores: horum carmina canuntor, etiamsi minus sint musica, i. e. dulcia ad audiendum; alia vero carmina, a criticis non probata, canere ne quis audeat, ne tum quidem, si suaviora sint quibus nulla fuisse suaviora traduntur, Thamyrae Orpheisque hymnis.

Satis ex his apparet, omne esse momentum positum in *cantu*: non vetatur hoc loco *fieri* eiusmodi carmen, non *scribi*, non *legi*: *cani* vetatur. Itaque carminum horum cum Orphei carminum conferuntur non *verba*, non *argumentum*, sed *cum canuntur sonus*: *sonus* hic etiamsi carminum quae Orpheus cecinisse fertur et Thamyris, sit dulcior, nihilominus talia carmina non *audienda* sunt festis hisce diebus.

Cum vero Platonis aetate carmina extitisse, Orpheo vel Thamyrae adscripta, quorum, non dico recitatorum soni, sed cantatorum modulationes tantopere aliorum carminum modos suavitate superarent, ut in exemplum sumerentur et proverbii loco afferrentur[1]), nec ullo modo sit credibile nec aliunde notum videatur[2]), nihil aliud restat, nisi ut quae hic

1) Cf. Weber o. l. pag. 34: „Die Hymnen des O. aber mussten in Platons Zeit sehr bekannt gewesen sein, sonst könnte er sie wohl nicht exempli causa in einer Weise erwähnen, die sie als seinen Lesern geläufig voraussetzt."

2) Omnino carmina Orphica non admodum pulchra habita esse videntur: cf. Roscher i. v. Orpheus, col. 1104: „und so wird denn im Altertum

dicit PLATO, referantur ad illam de Orphei cantus suavitate fabulam, omnibus PLATONIS aetatis Graecis hominibus notam, ad quam respiciens postea APOLLONIUS RHODIUS:[1])

αὐτὰρ τόν γ᾽ ἐνέπουσιν — ait — *ἀτειρέας οὔρεσι πέτρας*
θέλξαι ἀοιδάων ἐνοπῇ ποταμῶν τε ῥέεθρα.
φηγοὶ δ᾽ ἀγριάδες, κείνης ἔτι σήματα μολπῆς,
ἀκτῆς Θρηικίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι
ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι, ἃς ὅγ᾽ ἐπιπρὸ
θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίηθεν.

iterumque:[2])

τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ
Οἰάγροιο πάις νηοσσόον εὐπατέρειαν
Ἄρτεμιν, ἣ κείνας σκοπιὰς ἁλὸς ἀμφιέπεσκεν
ῥυομένη καὶ γαῖαν Ἰωλκίδα· τοὶ δὲ βαθείης
ἰχθύες ἀίσσοντες ὕπερθ᾽ ἁλός, ἄμμιγα παύροις
ἄπλετοι, ὑγρὰ κέλευθα διασκαίροντες ἕποντο.
ὡς δ᾽ ὁπότ᾽ ἀγραύλοιο κατ᾽ ἴχνια σημαντῆρος
μυρία μῆλ᾽ ἐφέπονται ἄδην κεκορημένα ποίης
εἰς αὖλιν, ὁ δέ τ᾽ εἶσι πάρος σύριγγι λιγείῃ
καλὰ μελιζόμενος νόμιον μέλος· ὣς ἄρα τοίγε
ὡμάρτευν· τὴν δ᾽ αἰὲν ἐπασσύτερος φέρεν οὖρος.

Quod si ita est, facile intellegitur, *iure* afferre hunc Legum locum GRUPPIUM[3]) inter eos qui Orphei cantus

über die orphischen Gedichte geurteilt, dass sie zwar an poetischem Reize hinter den homerischen zurückstehen, sie aber" sqq.

1) Argonaut. I, 26 sqq.

2) o. l. I, 569 sqq.

3) ap. ROSCHER o. l. i. v. Orpheus, col. 1115: „Früh ist die Macht von O.' Gesang sprüchwörtlich geworden (*Hense*, *Poet. Personif.* Halle 1868, XVII); s. z.B. *Eur. Alk.* 368; *Med.* 540; *Platon legg.* 8. 1, S. 829 d;" e. q. s. Minus recte idem C. u. M. pag. 632: „Keiner der erhal tenen Schriftsteller scheint einen Vers dieses Buches [der „Theologie" des

dulcedinem in proverbii consuetudinem venisse ostendant; *iniuria* autem impugnare WEBERUM, quae ex LOBECKII verbis supra allatis [1]) efficit [2]); *iniuria* quoque excutere ex verbis PLATONIS, quae excutere eum supra vidimus.

Denique reliqua WEBERI argumenta minus etiam valere mihi videntur. Nam quod agi de ἱεροῖς ποιήμασι dicit, primo perpensis iis quae supra allata sunt, omnino non obstare hoc quominus ita ut indicavi explicetur locus, in aprico iam erit: de ποιήμασιν agitur sane, sed de ποιήμασιν *canendis*; deinde autem non de *solis* ἱεροῖς ποιήμασι sermonem esse, conspicitur ex iis quae sequuntur: ἀλλ' ὅσα τε ἱερὰ κριθέντα ποιήματα ἐδόθη τοῖς θεοῖς καὶ ὅσα ἀγαθῶν ὄντα ἀνδρῶν ψέγοντα ἢ ἐπαινοῦντά τινας ἐκρίθη μετρίως δρᾶν τὸ τοιοῦτον κ.τ.λ.. Praeterea Orpheum quoque cecinisse ἱερὰ ποιήματα, i. e. carmina in honorem deorum cantata, fuisse in fabula, satis apparet ex APOLLONII loco, quem supra laudavimus.

Restat ut de vocis quae est ὕμνος vi dicam. Ea quae de hac affert WEBER, supra iam tractavi; [3]) quae etiam si demonstrarent quicquam, vix tamen huc pertinerent: mea quidem opinione non licet, definitionem aliquam aliunde sumptam temere ad hunc locum adhibere, cum praesertim definitio haec — si definitionem

---

Thamyris] gelesen zu haben, auch Herakleides nicht; Plato spricht von Gedichten des Thamyris (Ion 533 B u. C), aber wir wissen nicht, ob sie mit den ebenfalls von ihm genannten Hymnen (*legg.* 829 E) identisch und mithin von der Theologie verschieden waren."

1) Cf. pag. 144.

2) Cf. pag. 145, adn. 1. *Efficit*, inquam; nempe ipsa haec LOBECKIUM non dicere cum ex verbis eis supra laudatis apparet, tum etiam indicare videtur WEBER voce quae est „*also*": „habe hier *also* den O. nicht so sehr als Dichter" q.s.

3) pagg. 145 sqq.

vocare eam licet — PLATONIS sit propria, locutio de qua hic agitur, si vera sunt ea quae supra disserui, proverbii habeat vim. Praeterea optime haec definitio quadraret ad ea, quae de Orphei cantu traduntur. Sed etiam aliud quid est tenendum: nempe ut angusta haec vis, quam habet vox ὕμνος Legg. 700 B, hoc loco quoque ei sit subiecta, fieri quidem potest, — neque id explicationi meae obstaret, — omnino tamen non est necesse: ὕμνος non solum *hymnum*, proprie dictum, sed etiam aliud *carmen* significare videtur.

Testimonio est Rep. X 617 B sqq., quo loco Parcae sphaerarum harmoniae ita dicuntur accinere, ut una praesentia, praeterita altera, futura tempora tertia canat: ἄλλας δὲ καθημένας πέριξ δι' ἴσου τρεῖς, ἐν θρόνῳ ἑκάστην, θυγατέρας τῆς Ἀνάγκης, Μοίρας, λευχειμονούσας, στέμματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐχούσας, Λάχεσίν τε καὶ Κλωθὼ καὶ Ἄτροπον, ὑμνεῖν πρὸς τὴν τῶν Σειρήνων ἁρμονίαν, Λάχεσιν μὲν τὰ γεγονότα, Κλωθὼ δὲ τὰ ὄντα, Ἄτροπον δὲ τὰ μέλλοντα κ.τ.λ.: ὑμνεῖν hic emphatice pro simplici ᾄδειν dictum esse, satis videtur perspicuum. Simul autem ex hoc loco apparet, quantopere quam in interpretando Legum loco secutus est rationem WEBER, a vero abhorreat: nam quod hic Parcae ὑμνεῖν dicuntur, quis Parcarum hymnos nosse PLATONEM ex eo efficiet?

Sed haec hactenus: si est simpliciter breviterque dicendum, quid de loco sentiam, haec mihi videtur esse eius ratio: significat PLATO diebus festis, de quibus agit, carmina nonnulla cani nefas esse, *licet quam dulcissimum sonent:* id quod tamen non hoc modo exprimit, sed ut est poëta, imagine vel comparatione usus, qua clarius dulcedinem illam indicet:

scilicet communis erat vulgi fabula, unicuique nota, dulcissima fuisse quae ad citharam caneret Orpheus carmina: itaque ad hanc populi fabulam alludens pro *carmina quam dulcissima* dicit *carmina dulciora eis quae dulcissima fuisse feruntur: Thamyrae Orpheique carmina.*

Ita autem locum esse explicandum, duabus potissimum aliis rebus confirmari mihi videtur: quarum est prior, quod eiusmodi adhibere comparationes e vulgi narrationibus depromptas, omnino non abhorret a PLATONIS ratione: testimonio est locus quem prius iam laudavi,[1]) Cratyl. 403 D sqq.: Διὰ ταῦτα ἄρα φῶμεν, ὦ Ἑρμόγενες, οὐδένα δεῦρο ἐθελῆσαι ἀπελθεῖν τῶν ἐκεῖθεν, οὐδὲ αὐτὰς τὰς Σείρηνας, ἀλλὰ καταχεκηλῆσθαι ἐκείνας τε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας· οὕτω καλούς τινας, ὡς ἔοικεν, ἐπίσταται λόγους λέγειν ὁ Ἅιδης, κ.τ.λ.

Ut in Legibus, sic hoc quoque loco ad vulgi fabulas spectat PLATO;[2]) ut autem hic comparatione e mythis sumpta indicatur, quam longe a reliquis distent Sirenes, sic in Legibus comparationis vis in eo potissimum est posita, quod quantopere ORPHEORUM cantus vulgarem mortalium cantum antecedant, aperte declarat: nam nisi quam maxime quemvis humanum PLATONIS aetatis cantum superarent, vix ulla sententia

---

1) Vide supra, pag. 103.

2) Cf. quae supra (pag. 103 adn. 1) ex WEICKERI opere attuli. Haud vero scio an nimis ex PLATONIS verbis efficiat is, ita scribens (o. l. pag. 51): „Wozu das ausdrückliche Betonen, dass selbst die Sirenen nicht wieder aus dem Hades auf die Erde zurückkehren möchten, wenn damit nicht gegen eine abweichende Anschauung polemisiert, diese geläutert und geklärt werden sollte? Der bekämpfte Glauben hielt also am Aufenthalt der Sirenen in der Unterwelt, wie an ihrer gespensterhaften Epiphanie fest."

subiecta esset hisce verbis, carmina nonnulla cani nefas esse, *vel si Orphei carminibus sint dulciora.*

Altera est res, quod nec apud alios PLATONIS temporum scriptores non occurrit idem dicendi usus, qui Orphici cantus dulcedinem in proverbii consuetudinem venisse ostendit.[1]) Affero EURIPIDIS Alc. vss. 357 sqq.:

> *εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν,*
> *ὥστ' ἢ κόρην Δήμητρος ἢ κείνης πόσιν*
> *ὕμνοισι κηλήσαντά σ' ἐξ Ἅιδου λαβεῖν,*
> *κατῆλθον ἄν, καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων*
> *οὔθ' οὑπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων*
> *ἔσχον, πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον, κ.τ.λ.*

qui locus mirum in modum cum Legum loco, qualem quidem supra explanavi, congruere mihi videtur, nisi forte WEBER ex eo, quod hic ὕμνοισι delenivisse (κηλῆσαι) deos inferos dicitur Orpheus, EURIPIDEM Orphei hymnos cognovisse efficit. Hoc autem cum non faciat WEBER, sed ad *cantorem* Orpheum referat EURIPIDIS versus,[2]) non video qui quae de PLATONE scripsit, scribere potuerit.

Confirmantur haec Med. 542 sqq.:

> *εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις*
> *μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,*
> *εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι.*

Quae si conferuntur cum aliis eiusdem aut superioris aetatis poetarum locis, quibus iisdem Orphei *cantus*

---

1) Cf. PAPE, Wörterb. d. Griech. Eigenn. i. v. Orpheus.

2) o. l. pag. 41.

similibus verbis laudatur dulcedo,[1]) vix cuiquam dubium erit, quin in PLATONIS quoque loco de hac sit cogitandum, nec ad hunc interpretandum aliud quid opus esse apparet, cum praesertim hoc modo interpretatus hic locus cum ad alios quos tractavimus PLATONIS locos, tum ad aliorum auctorum testimonia optime quadret.

Denique quod cum Thamyra hic coniungitur Orpheus, id quoque sententiae meae favere videtur, quandoquidem *primo* nec a PLATONE nec ab aliis auctoribus aliena sit talis coniunctio,[2]) *deinde* etiam

---

1) AESCHYL. Agam. 1629 sqq. (ed. WECKL.):

> Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις·
> ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ,
> σὺ δ' ἐξορίνας νηπίοις ὑλάγμασιν
> ἄξῃ· κ.τ.λ.

SIMONID. fr. 40 (BERGK, Poet. Lyr. III^3, pag. 1233):

> Τοῦ καὶ ἀπειρέσιοι
> πωτῶντ' ὄρνιθες ὑπὲρ κεφαλᾶς, ἀνὰ δ' ἰχθύες ὀρθοὶ
> κυανέου ἐξ ὕδατος ἅλλοντο καλᾷ σὺν ἀοιδᾷ.

EURIP. Bacch. 560 sqq.:

> τάχα δ' ἐν ταῖς πολυδένδρεσ-
> σιν Ὀλύμπου θαλάμοις, ἔν-
> θα ποτ' Ὀρφεὺς κιθαρίζων
> σύναγεν δένδρεα μούσαις [cf. PLATO: ἀδόκιμον μοῦσαν],
> σύναγεν θῆρας ἀγρώτας.

EURIP. Iphig. Aul. 1211 sqq.:

> εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον,
> πείθειν ἐπᾴδουσ', ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας,
> κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην,
> ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον. κ.τ.λ.,

quibus cum locis conferendi sunt APOLLONII versus, supra laudati (pag. 148): ut videas, quantopere haec omnia cum inter se congruant, tum conveniant cum iis, quae apud PLATONEM leguntur.

2) Quod ad PLATONEM cf. Republ. 619 E sqq., Ion. 533 B sqq.

magis quam Orpheus hic ad fabulam pertineat nec carmina ei adscripta PLATONIS aetate nota fuisse videantur, in fabula autem non minus illius quam Orphei cantus dulcedo laudaretur.

Haec omnia si vera sunt, verba PLATONIS μηδ' ἂν ἡδίων ἢ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφείων ὕμνων, non ad certa quaedam carmina sunt referenda, sed ad solam de Orphei cantus dulcedine vulgarem fabulam[1]); itaque nec PLATONEM Orphicos cognovisse hymnos demonstrant, nec ad PLATONIS cognoscendum de Orphicis iudicium quicquam afferunt: hoc unum ostendunt, notam PLATONI fuisse vulgarem de Orphei cantu fabulam; nihil amplius.

Doleo quod quae res LOBECKIO manifesta visa est, in hac tam longus esse coactus sum: sed me movit rei gravitas et aliorum dissensio.

5. Iam omnes locos huc usque tractatos quibus Orphei nomen commemoratur, ad cantorem et fabulam pertinere satis erit perspicuum: opera quaedam ipsius aetate nota vel doctrinas ad philosophiam pertinentes a PLATONE Orpheo adscriptas esse, nullius horum testimonio confirmatur; non abhorret Legg. 677 C sqq., quo loco Orpheus cum Daedalo, Palamede, Marsya, Amphione, aliisque fabulae personis in eodem ponitur genere; nec alio referenda videntur quae Apol. 40 E sqq. SOCRATEM dicere supra vidimus.

---

1) Cf. FLACH, Gr. Lyr. I, pag. 46, adn. 2: „Wenn aber Plato Leg. VIII, 829 E von der Süssigkeit der Hymnen des Thamyris und Orpheus spricht, so ist klar, dass er die mythische Wirkung derselben im Auge hat."

Quae de Orpheo in inferis versante hic inveniuntur partim quidem pugnare videntur cum iis quae de hac re affert ERIS ARMENII narratio, Republ. libro decimo exposita.

Causa nisi fallor in eo est quaerenda, quod Reipublicae loco — id quod omnino non abhorret a PLATONIS ratione — mixta sunt inter se vulgi tradita et aliorum, imprimis ipsius PLATONIS, commenta:[1]) quae

---

1) Varia hic esse mixta, ex ipsis PLATONIS verbis apparet. Nam quod a mulieribus interfectus esse dicitur Orpheus, his sane perspicuum fit, cur *homo* iterum fieri noluerit [*μίσει τοῦ γυναικείου γένους διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον οὐκ ἐθέλουσαν ἐν γυναικὶ γεννηθεῖσαν γενέσθαι*]; quam ob rem autem *cycni* vitam elegerit, id non explanatur; [itaque minus accurate GRUPPE apud ROSCHER i. v. Orpheus col. 1166, vs. 49 sqq.: „Schon in dem Mythos von Er (*Platon*, *Rep.* 10, 16 p. 620 a) wählt die Seele des O. aus Hass gegen die Frauen, um nicht von einer Frau wiedergeboren zu werden, das Leben eines Schwanes."] *hoc* ut intellegatur, conferenda sunt ea quae antecedunt: *ταύτην γὰρ δή, ἔφη, τὴν θέαν ἀξίαν εἶναι ἰδεῖν, ὡς ἕκασται αἱ ψυχαὶ ᾑροῦντο τοὺς βίους· ἐλεεινήν τε γὰρ ἰδεῖν εἶναι καὶ γελοίαν καὶ θαυμασίαν. κατὰ συνήθειαν γὰρ τοῦ προτέρου βίου τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τήν ποτε Ὀρφέως γεν. κ.τ.λ.*

Igitur quod Orpheus cycni vitam elegit id est exemplo, pro consuetudine prioris vitae ex maxima parte eligere animos corpora et secundum ea vitas futuras. Cum autem nec odium, quod in mulieres quis habet, vitae consuetudo dicenda videatur, nec praeterea ex loci verbis iam ante mortem, i. e. *in priore vita*, odium hoc habuisse appareat Orpheum, cum suscepisse id dicatur ex morte a mulieribus ei inlata, nec denique — id quod supra iam dixi — hoc mulierum odio perspicuum fiat, cur *cycni* potissimum vitam elegerit Orphei animus, perspicuum vero sit, si quis consideret, quae de Orphei cantu tradita essent, et cogitet cycnum haberi solitam esse avem canoram [cf. e. g. Phaedon. 84 E sqq.: *καί, ὡς ἔοικε, τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικήν, οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι, κ.τ.λ.*, et ad haec STALLB.; praeterea cf. BREHM, Tierleben[3], Vögel. III, pagg. 596 sqq.], omnibus his perpensis recte WEBER o. l. pag. 33 efficere videtur, *cantorem* fuisse Orpheum hoc loco significari.

Quod si ita est, ea quae de mulierum odio adduntur quodammodo sunt supervacanea, nec alio modo cur addita sint, explicari posse videtur, nisi PLATONEM vulgarem de morte Orphei fabulam omittere noluisse statuatur.

Utique fieri posse concedo, ut ipsa PLATONIS verba — imprimis illud *γάρ* — non nimis premenda sint, et verbis *κατὰ συνήθειαν* sqq., cur *canori*

de Orphei *morte* ab Ere exponuntur — a mulieribus eum esse interfectum — satis conveniunt cum iis quae de hac re Symposion exhibere vidimus: *ἐποίησαν [οἱ θεοί] τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι*, nec a vulgari discrepant fabula[1]); quae vero de Orphei *post mortem vita* narravisse dicitur Er Armenius — se vidisse animum qui quondam Orphei fuisset cycni vitam eligentem —, haec ad ipsius Platonis mihi videntur doctrinam[2]) referenda[3]) et cum iis quae in Phaedone

---

alicuius animantis, verbis *μίσει τοῦ γυναικείου γένους*, cur non hominis, sed *animalis* canori formam elegerit Orphei animus, explicetur. Nec tamen ita omnia sunt perspicua: nam Thamyras, quem mulieres odisse *non* commemoratur, hic quoque non hominis, sed animalis vitam sumit. Cf. pag. 158, adn. 1.

1) De *sola* morte haec dico: quae de huius mortis *causa* addit in Symposio Phaedrus — mortem hanc mulierum manibus illatam poenam esse, a diis propter ignaviam Orpheo impositam —, haec a vulgari fabula prorsus abhorrent. Cf. Hug a. l. Vide supra pag. 137, adn. 1.

2) Weicker o. l. pag. 28 ad vulgi opinionem haec referenda esse censet antiquitus acceptam, hominum animas speciem habere avium, quamquam de Pythagoreorum doctrinis his quoque cogitandum esse concedit: „Dazu kommen verstreute Bemerkungen, wie Aristophanes, Aves 1564, Plato Republ. 620 A, wo sich die Seele des Orpheus einen Schwan, die des Thamyris eine Nachtigall zur ferneren Behausung wählt — freilich spielen hier pythagoreische Seelenwanderungstheorien mit herein, die aber ihrerseits wieder theriomorphe Seelenvorstellungen zur Voraussetzung haben — oder Anthol. Palat. VII, 62, wo der Adler auf dem Grabe Platos erklärt: *Ψυχῆς εἰμι Πλάτωνος ἀποπταμένης ἐς Ὄλυμπον εἰκών* .... die alle den Glauben an die Vogelgestalt der Menschenseele deutlich genug erkennen lassen."

Haud scio tamen, an sagacius quam verius haec sint dicta: nam non solum ipsis loci verbis sic satis explicantur Orphei et Thamyrae electiones; sed etiam obstare mihi videtur Weickeri explicationi, quod *aliorum* quoque animalium figuras induere dicuntur animae: Aiax leonis, Thersites simiae. Si vero respondeat Weicker, non de avibus solis, sed de animalibus in universum cogitandum esse [„*therio*morphe Seelenvorstellungen"], obicio nec de *animalibus* solis agi: Atalantes animus in athletae viri abiit naturam, in artificiosae mulieris Epei Panopei.

3) Utique quid in his sit quantumque quod pro vero probaverit Plato,

de animorum post mortem statu ac condicione leguntur,[1]) conferenda: qua ratione simul perspicuum fit, cur minus congruere videantur haec cum iis quae in Apologia de Orpheo apud inferos versante dicit PLATO.[2]) Utique quae de Orphei Thamyrae aliorum

---

quid meri ornatus gratia adhibitum, non facile diiudicatur. Cf. STALLB. ad Rep. X 614 B.

1) Cf. Phaedon. 81 E sqq., quamquam contendere non ausim, prorsus haec eadem esse.

2) Apol. 40 E sqq. Vide supra, pag. 133. Ceterum quod ROHDE, Psyche, pag. 555, censet Apologiae SOCRATEM certa de immortalitate animorum eorumque post mortem vita carere opinione, haud scio annon ex *hoc* quidem loco appareat. Nam quod SOCRATES duas hic varias commemorat sententias [ROHDE l.l.: „Entweder, meint er, bringe der Tod dem Menschen volle Bewusstlosigkeit, wie ein traumloser Schlaf, oder einen Uebergang der Seele in ein anderes Leben, in dem Seelenreiche, das nach seinen Andeutungen mit dem homerischen Hades weit mehr Aehnlichkeit zu haben scheint als mit den schimmernden Phantasieländern der Theologen und theologisirenden Dichter. Beide Möglichkeiten nimmt er getrost hin, auf die Gerechtigkeit der waltenden Götter bauend, und blickt nicht nach weiterem aus. Wie sollte er sicher wissen, was Niemand weiss?"], id mihi non necessario videtur esse dubitantis, sed potius eius qui omnia quaecunque fieri vel cogitari *possunt*, prospere sibi eventura esse confidat. Scilicet Apologia est *oratio*, non ipsius auctoris doctrinarum exponendarum causa scripta, sed ut aliis persuaderetur; quod ut melius fiat, ab aliorum opionibus saepe est proficiscendum: itaque cum duae potissimum de animorum post mortem statu occunerent et occurrere possent opiniones, quarum altera esset, velut in nihilum interitum esse mortem, ut ne ullum quidem ullius rei sensum retineret mortuus [cf. Phaedon. 70 A: *τὰ δὲ περὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, μή, ἐπειδὰν ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ, ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διαφθείρηταί τε καὶ ἀπολλύηται, ᾗ ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀποθνήσκῃ· εὐθὺς ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος καὶ ἐκβαίνουσα ὥσπερ πνεῦμα ἢ καπνὸς διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπτομένη καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ*, id quod plerique dicebant: Phaed. 80 D: *ὥς φασιν οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι*], altera, commutationem quandem esse mortem et peregrinationem animi hac ex sede in aliam sedem [40 C], de utraque agit SOCRATES et contendit, mortem sibi, utracunque sit vera, lucrum fore. At cum harum opinionum alterutram veram esse *necesse sit*, nec alia *cogitari possit*, sequitur, ut *semper* bene cum ipso actum iri veri simile sit: non ad suam ipsius revocat sententiam SOCRATES, quippe quae alios non convinceret; sed revocat ad eorum opiniones, qui eum audiebant, quaecunque cogitari poterant: *δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστιν τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷον μηδὲν εἶναι μηδὲ αἴσθησιν μηδεμίαν μηδένος ἔχειν*

animis hic Reipublicae exhibet locus, cum afferri appareat, ut confirmetur illud: *κατὰ συνήθειαν τοῦ προτέρου βίου τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι*, in aprico est, haec nisi exempli causa ad arbitrium sumpti et excogitati non poni, nec ex PLATONIS verbis effici licere, aut ipsum PLATONEM docuisse aut in fabula fuisse, Orpheum post mortem in cycnum mutatum esse.

Quod si ita est, eadem hic res videtur atque in Legum loco supra tractato: PLATO ad illustranda ea quae posuit — pro consuetudine vitae prioris plerumque eligere animos —, plura affert exempla: cum autem fabula de Orphei cantus dulcedine esset notissima, ab altera vero parte cycnus inter aves numeraretur maxime canoras, non mirum est, Orphei animo tribuisse eum cycni figuram.[1])

6. Iam venio ad nobilissimum locum Cratyl. 402 B sqq. et qui eiusdem sunt generis Phileb. 66 C sqq. et Legg. II 669 D. Hic quidem — ut prius de solo

τὸν τεθνεῶτα, ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῇ ψυχῇ τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. καὶ εἴτε μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν . . . ., *θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος* . . . . (E) *εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον* . . . *τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί*; qua eadem disputandi ratione alibi quoque uti solet: cf. Phaedon. 66 E: *εἰ γὰρ μὴ οἷόν τε μετὰ τοῦ σώματος μηδὲν καθαρῶς γνῶναι, δυοῖν θάτερον, ἢ οὐδαμοῦ ἔστιν κτήσασθαι τὸ εἰδέναι ἢ τελευτήσασιν κ.τ.λ.* Itaque quamquam non nego quae de SOCRATIS quod ad immortalitatem animorum sententia disserit ROHDE, *hic* tamen locus (41 A) ad cognoscendam sententiam eam vix quidquam afferre mihi videtur: melius STALLB. Prolegg. ad Apol. pagg. 35, 36 ad opiniones populares eum refert.

1) Cur *cycni* potissimum vitam eligentem faceret Orphei animum, nec e. g. iterum hominis cantoris, ut explicaret PLATO, addidit, nisi fallor, illa: *μίσει τοῦ γυναικείου γένους* sqq.; cf. pag. 155, adn. 1; nota erat fabula, mulierum manibus occidisse Orpheum; quam cum, de huius morte agens, vix posset neglegere, hoc modo commemoravit. Quamquam concedo, sic quae de Thamyra dicuntur non explicari. Utique fieri potest, ut poëtae alicuius commentis utrumque nitatur.

Cratyli loco dicam —, hic quidem, inquam, aliter res habere se videtur: nam *primo* ab ipso Socrate dicuntur illa λέγει δέ που καὶ Ὀρφεύς; nec aliorum is refert opinionem, sed suam ipsius exponit sententiam; *deinde* certi quidam versus ipsis verbis Orpheo adscribuntur: itaque vix mirum est, si ex hoc loco efficit Weber, nosse Platonem Orphei theogoniam; scilicet post Lobeckium ad theogoniam referri solere hos versus; et Platonem aperte eorum auctorem indicare Orpheum.[1]) Verum enimvero si sola ipsius loci verba spectamus, vix possumus, quin Platonem Orpheum carminis ipsius aetate noti auctorem facere statuamus. Quod si iure fieret, pugnaret hic locus cum iis, quos huc usque tractavimus quaeque ex iis quae de Orpheo apud Platonem inveniuntur, elicuimus, his obesset. Sed veram esse hanc Weberi sententiam, nullo modo probari posse mihi videtur.

Et de theogonia hic sermonem esse libenter concedo; etiam illud adiungo, apparere ex loci verbis, theogoniam hanc Platonis aetate Orpheo adscribi et Orphei nomine notari solitam esse.

Atqui hoc quaero: numne plura effici licet? Numne etiam *hoc* apparet, ipsum Platonem Orpheo theogoniam hanc tribuere? Non rogo: tribuatne revera? sed: eum tribuisse, *ex hoc loco* sitne manifestum? Mihi persuasi, non esse.

---

1) Weber o. l. pag. 36: „Verschiedene Stellen zeigen, dass ihm auch eine Theogonie des O. bekannt war. Die im Crat. p. 402 B angeführten Verse.... werden seit Lobeck in eine Theogonie verwiesen.... Also eine Theogonie des O. zitiert Platon."

pag. 33: „Verse von O. werden angezogen Cratyl. p. 402 B und Phileb. p. 66 C, de legg. p. 669 D; an diesen 3 Stellen wird er ausdrücklich als Autor genannt."

At ipsis verbis scriptum legitur, dixerit aliquis: λέγει δέ που καὶ Ὀρφεύς. Concedo: attamen nonne fieri potest, ut ita scripserit PLATO nullam ob aliam causam, nisi quod vulgo hoc modo laudari soleret haec theogonia? Nonne viri docti qui arbitrantur HOMERUM fuisse nullum, tamen scribunt: „dicit alicubi HOMERUS?" Non *hoc* imprimis est quaerendum in PLATONE, utrum scriptum legatur aliquid necne: immo vero *haec* est quaestio, utrum, si aliter sensisset, aliter etiam scribere debuisset. Itaque ut demonstretur ex PLATONIS opinione theogoniam Orpheo esse adscribendam, non sufficit, ut verba haec: λέγει δέ που καὶ Ὀρφεύς scripsisse eum ostendatur: necesse est etiam, ut demonstretur, eum si aliter censuisset, aliter scribere debuisse. Id quod demonstrari posse nego: scilicet imprimis ratio est habenda operum PLATONIS formae dialogicae, de qua in huius disputationis priore parte diximus: quae imitari solet vitae cotidianae sermonem; [1]) cuius id est proprium, ut evitet omnia, quae non aliud alio magis ad argumentum pertineant, ne — ut ipse PLATO dicit — πλείω ἀεὶ ἐπιρρέοντα καταχώσει (ἡμῶν) τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον. [2]) Hic autem utrum Orpheus an alius versus hos scripserit, numne quicquam refert? Etenim SOCRATES, Croni et Rheae nomen

1) Huius sermonis vim neglegunt, qui cum ARISTOTELE conferentes PLATONEM, minus κρίτικον hunc esse censent: qui quantum apud eum valeat forma dialogica noverit, vix eiusmodi quid sentiet: forma haec non extrinsecus est imposita, ita ut singula, si deesset, eadem fere manerent: immo ita inhaeret operibus eius, ut ad unamquamque paene dicam sententiam pertineat: non scripsit PLATO opera philosopha quibus dialogorum formam imposuit, ita ut aeque bene mitti haec posset; sed revera scripsit *dialogos*, vitae cotidianae sermonem imitantes: quod ipsum est artificis.

2) Cf. supra pag. 104.

ex Heracliti doctrina explicaturus, vetusta quaedam sapientia hunc docuisse dicit contendentem omnia meare nec quicquam manere, et fluvii fluxioni comparantem ea quae sunt, bis te eundem fluvium non posse ingredi dicentem: quippe simile quid in animo habuisse eum qui reliquorum deorum parentibus imposuit nomina Rheam et Cronum, cum non temere utrique fluxionum nomina indiderit; nec discrepare veterum poëtarum carmina: Homeri, Hesiodi, Orphei:[1]) hi quae dixerint, et inter se concinere omnia, et ad Heracliteorum similitudinem accedere: *ταῦτ' οὖν σκόπει ὅτι καὶ ἀλλήλοις συμφωνεῖ καὶ πρὸς τὰ τοῦ Ἡρακλείτου πάντα τείνει*: non scribitur *poëtas* inter se concinere (*οὗτοι*), sed *carmina* (*ταῦτ'*). Quae quinam scripserint vix ullius esse momenti, quis non videt, cum ne vetustius habuisse PLATONEM Orphei carmen Heraclito certo quidem effici possit ex loci verbis?

Quae cum ita sint, nonne umbraticam potius doctrinam quam vitae cotidianae sermonem redoleret, si pro: *λέγει δέ που καὶ Ὀρφεύς* scripsisset PLATO:

---

1) Cratyl. 401 E sqq.: *μετὰ δ' Ἑστίαν δίκαιον Ῥέαν καὶ Κρόνον ἐπισκέψασθαι. καίτοι τό γε τοῦ Κρόνου ὄνομα ἤδη διήλθομεν. Ἴσως μέντοι οὐδὲν λέγω.*

ΕΡΜ. *Τί δή, ὦ Σώκρατες;*

ΣΩ. *Ὠγαθέ, ἐννενόηκά τι σμῆνος σοφίας.*

ΕΡΜ. *Ποῖον δὴ τοῦτο;*

ΣΩ. *Γελοῖον μὲν πάνυ εἰπεῖν, οἶμαι μέντοι τινὰ πιθανότητα ἔχον.*

ΕΡΜ. *Τίνα ταύτην;*

ΣΩ. *Τὸν Ἡράκλειτόν μοι δοκῶ καθορᾶν παλαί' ἄττα σοφὰ λέγοντα, ἀτεχνῶς τὰ ἐπὶ Κρόνου καὶ Ῥέας, ἃ καὶ Ὅμηρος ἔλεγεν.*

ΕΡΜ. *Πῶς τοῦτο λέγεις;*

ΣΩ. *Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης.*

ΕΡΜ. *Ἔστι ταῦτα.*

ΣΩ. *Τί οὖν; δοκεῖ σοι ἀλλοιότερον Ἡρακλείτου νοεῖν ὁ τιθέμενος τοῖς τῶν ἄλλων θεῶν προγόνοις Ῥέαν τε καὶ Κρόνον; ἆρα οἴει ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου αὐτὸν ἀμφοτέροις ῥευμάτων ὀνόματα θέσθαι; ὥσπερ αὖ Ὅμηρος Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσίν φησιν καὶ μητέρα Τηθύν· οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος. λέγει δέ που καὶ Ὀρφεύς κ.τ.λ.*

λέγει δέ που καὶ τὰ Ὀρφέως καλούμενα ἔπη, vel tale quid; cum praesertim dicantur haec a SOCRATE, qui identidem se virum doctum esse neget, itaque minus ad litteram laudantis sint, quam memoriter et ex tempore dicentis; id quod ex universa dicendi ratione apparet: οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος, λέγει δέ που καὶ Ὀ., et ad vitae cotidianae sermonem bene quadrat.

Accedit, quod non ad quamvis quaestionem solvendam sunt scripti PLATONIS dialogi: multa sunt, de quibus aut non cogitavit PLATO, aut certe quae cogitavit non patefecit. Ut afferam exemplum: WEBER cum inquirit, utrum Graecum an Thracem Orpheum habuerit PLATO, [1]) iure quidem statuere mihi videtur, nusquam apud PLATONEM inter Thraces numerari Orpheum, immo multa obstare, quominus numerari eum censeamus: dubito vero annon ex hac re vere efficiatur, Graecum existimari Orpheum a PLATONE: etenim fieri potest, ut omnino de hac quaestione non cogitaverit, aut in operibus saltem tacuerit. Simile quid autem de Cratyli loco mihi videtur dicendum: itaque non contendo, ex SOCRATIS verbis apparere, PLATONEM theogoniam *abiudicasse* ab Orpheo, sed uno hoc loco demonstrari, Orpheo adscribi a PLATONE theogoniam e qua versus laudati sunt sumpti, id nego.

Quod si de Cratyli loco verum est, multo magis idem de Phileb. 66 C sqq. et Legg. II 669 D statuendum videtur. Nempe utroque loco carminis cuiusdam versus laudantur, non ut sententiam eius qui dicit aliis probari ostendatur, non ut confirmetur aut demon-

---

1) o. l. pagg. 14—32.

stretur thesis aliqua — ut in Cratylo —, sed ut exprimant ea quae non minus recte suis ipsius verbis significare potuerat is qui dicit. Quae tamen hic his versibus aliunde sumptis extulit, quod eorum forte in mentem veniebat ei, haec alio modo laudare ac vulgo fieret, non modo non necesse fuerat, cum iis qui audiebant satis perspicua essent, sed etiam alienum [1]). Itaque tres hi loci ad Orphicos potius quam ad Orpheum referendi videntur: ad cognoscendam saltem PLATONIS de Orpheo sententiam ipsi per se nihil adiuvant.

7. Multo facilius res se habet Legg. VI 782 C sqq. (cf. pag. 134), quem locum pariter ad Orpheum et tamquam PLATONIS iudicium continentem refert WEBER: [2]) nam *primo* hic quoque ut magis perspicuum faciat, quid sibi velit, ad locutionem revocat is qui dicit proverbii loco adhiberi solitam, cum aequo iure quae ipse excogitaverat, usurpare potuisset, vel omnino omittere locutionem: — nam verba: ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι κ.τ.λ. *illustrant* tantum quae antecedunt, novi quid non addunt: — igitur non ipsius PLATONIS sententia, sed vulgaris quaedam opinio indicatur, id quod praeterea clare apparet addito vocabulo: λεγόμενοι. Itaque ex PLATONIS verbis nihil aliud elici potest nisi id, quaenam vita eius

1) Quod praeterea ad Phileb. 66 C sqq., omnino ad loci rationem versus ibi laudatus non pertinet. Cf. ROHDE, Psyche, pag. 413 adn. 2: „jenem Verse...., den freilich Plato selbst, der ihn nur spielend anführt", sqq.

2) o. l. pagg. 32 sqq.: „Was weiss uns nun Platon über die Wirksamkeit des Orpheus zu sagen?.... als Begründer einer Genossenschaft mit bestimmter Lebensweise, — Enthaltung von Fleischgenuss und von blutigen Opfern, — wird er de legg. 782 C bezeichnet."

aetate non ab ipso, sed a multitudine Ὀρφικὸς βίος dici soleret.

Deinde vero haud scio, annon Ὀρφικὸς βίος sit idem atque *Orphei* vita, an potius significet *Orphicorum* vitam, quamquam hoc utique dubium est. [1])

8. Denique mihi PLATONIS de Orpheo iudicium tractanti restat ut de duobus dicam locis, a nonnullis viris doctis huc relatis, quorum tamen alterum non ad PLATONEM eiusque opinionem, alterum non ad Orpheum pertinere puto. Sunt autem Rep. II 364 E sqq., quem locum supra (pag. 134) iam laudavi, et Tim. 40 D sqq.

9. Primo quod ad Rep. II 364 E sqq., utrum PLATONIS occurrere censendum sit hic iudicium necne, imprimis pendere mihi videtur ex hac quaestione: quo referenda sint verba ὥς φασι: nam si ad sola Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων pertinent, facere vix possumus quin quae antecedunt (Μουσαίου καὶ Ὀρφέως) ab ipsius qui dicit mente fluxisse statuamus: is Musaei et Orphei esse hos libros significat: Musaeum vero et Orpheum Σελήνης τε καὶ Μουσων ἐγγόνους esse, ita contendere dicuntur ii, qui libros hos proferunt (παρέ-

1) Concedo sane eiusmodi vitae consuetudinis auctorem dici solere ipsum Orpheum, ut iam ARISTOPHANES notissimo illo loco Ran. 1032:

Ὀρφεὺς, inquit, *μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι*,

sed *βίον* Ὀρφικόν esse *vitam, qualem Orpheus degebat*, non *quam* — licet eum secuti — *degebant Orphici*, hoc mihi non est persuasum.

Ceterum ad Orphicos referre videntur locum etiam RITTER et PRELLER, Historia Philosophiae Graecae[7], pag. 153 c.: „Sacrificia incruenta etiam a Pythagoreis et Orphicis commendantur, v. Plato Leg. VI 782 C"; quod idem facere videtur DIELESIUS, cum is (Fragm. der Vorsokrat. Anhang. pagg. 489 sqq.) enumerans veterum de Orphei vita et scriptis testimonia, Symp. 179 D commemoret, Legum locum omittat. Cf. praeterea LOBECK, Aglaoph. I, pag. 245.

χονται); sin non solum ad Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, sed etiam ad verba quae sunt Μουσαίου καὶ Ὀρφέως referenda est locutio ὥς φασι, locutione hac *sola* eorum, qui proferunt libros hos, sententia continetur; eius qui dicit opinio omnino non commemoratur; qui libros illos vulgant, hi aiunt eorum auctores esse Musaeum et Orpheum, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνους: priorem sententiam secutus est WEBER:[1]) mihi placet altera.

Hanc autem alteram rectam esse etsi difficile est

---

1) o. l. pag. 38: „Sicher also kannte Platon Hymnen, Weihegedichte und eine Theogonie des O. An keiner Stelle lässt er Zweifel an der Echtheit durchblicken; er hält sie für Dichtungen des Orpheus. Christ, griech. Litt., 3. Aufl., p. 21, A. 4. „Weder Zweifel noch Zustimmung (ob die Dichtungen von O. seien) enthält der Ausdruck Platons de rep. 364 E βίβλων ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως." Bergk, griech. Litt. 1872, I, p. 394, ebenfalls mit Bezug auf diese Stelle, meint: „Nur einmal spricht Platon nicht ohne Ironie und Geringschätzung von dem Unfuge, welchen betrügerische Menschen mit diesen Gedichten trieben; man sieht, dass Platon doch nicht Alles, was damals im Umlaufe war, gelten liess, sondern zwischen Echtem und Falschem unterschied."

Bergk hat sich getäuscht, Platon scheidet hier nicht zwischen Echtem und Falschem. Bergk hat offenbar den beschränkenden Zusatz ὥς φασι nicht auf Σ. τ. καὶ M. ἐγγόνων bezogen, sondern auf βίβλων ὅ. M. κ. 'O. Bei dieser gewaltsamen Beziehung wäre der Zusatz durch fünf Worte von dem Begriffe getrennt, den er einschränken sollte. Im Tim. p. 40 D E, wo Platon von der „göttlichen" Abkunft des O. spricht, ist ein ironisches ὡς ἔφασαν unmittelbar hinter θεῶν ἐκγόνοις οὖσι gesetzt. Denkt man daran, so kann man wohl nicht zweifeln, dass auch in dieser Stelle das ὥς φασι unmittelbar hinter Σ. τ. κ. M. ἐγγόνων ausdrückt: die göttliche Herkunft ist nur fingiert. Er bekämpft hier die unwürdige Vorstellung, dass die Götter sich durch Menschen lenken und umstimmen lassen. Es liegt eine schneidende, von Platon gewiss beabsichtigte Ironie darin, dass die Bücher von sogenannten Göttersöhnen dazu dienen, deren Eltern und Ahnen in die unwürdige Lage zu bringen, von Menschen sich umstimmen und bestechen zu lassen. Diesen Hohn darf man nicht verwischen wollen. Nicht darauf kommt es hier Platon an, ob ein Gedicht mit Recht oder Unrecht den Namen des O. als des Verfassers trägt, sondern darauf, dass so unwürdige Vorstellungen über die Götter ausgehen von den „Söhnen" eben dieser Götter."

ad demonstrandum propter ambiguam verborum consecutionem quae admittit utramque, tamen est elaborandum, quo facilius probetur: non parvi enim momenti mihi res videtur.

Primo iure quidem impugnat Weber eorum opinionem, — Bergkium significat —, qui verba ὥς φασι ad sola βίβλων ὅ. M. κ. 'O. referunt: sed praeter hanc, quae vix dici potest explicatio, et eam, quam ipse defendit, aliam esse loci explicationem — eam quam supra significavimus —, id ne in mentem quidem ei venisse videtur: si venisset, vix scripturum fuisse eum arbitror, quae scripsit: nunc tota eius argumentatio sic satis ad irritum cadit.

Nam quae iure suo Bergkii sententiae opponit, haec non valent contra eam quam ego defensito interpretationem: quam autem vim Platonis verbis, ex ipsius mente interpretatis, subiectam esse dicit Weber, haec, si cum tota locutione Μουσαίου καὶ 'Ορφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων coniunguntur verba ὥς φασι, non minus recte significatur: scilicet si ad *totam* locutionem Μουσαίου καὶ 'Ορφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων pertinent illa ὥς φασι, necessario sequitur ut etiam ad Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, id est ad *partem* totius locutionis, pertineant.

Deinde quem locum pro argumento affert Weber, Tim. 40 D,[1]) is nihil omnino demonstrat, cum prorsus alius sit generis: nam 1° hic verba ὡς ἔφασαν ad ipsos τοὺς εἰρηκότας ἔμπροσθεν pertinent, id quod imperfecto (ἔφασαν) iam indicatur: ipsi hi theogoniarum poëtae se θεῶν ἐκγόνους esse dicunt, non alii;

---

1) Vide infra, pag. 178.

illo Reipublicae loco autem verborum *ὥς φασι* subiectum sunt non ii qui libros scripsisse feruntur — Musaeum dico et Orpheum —, sed qui libros hos proferunt et vulgant: *ipsi* sunt, qui, ut disciplinae suae maior accedat auctoritas, ortam eam esse dicunt et conscriptam a Musaeo et Orpheo, Lunae et Musarum filiis:[1]) 2°. Timaei locus ipsorum *τῶν εἰρηκότων ἔμπροσθεν* affert sententiam: utrum vero sententia haec litteris sit mandata, id ipsis quidem verbis non additur; in Republica vero libri sane commemorantur, quid tamen hi libri contineant, aut quae sit

---

1) Id quod satis mihi constare videtur: nam *ipsum per se* quidem etiam Musaeus et Orpheus verbi *φασι* subiectum esse poterant, ita ut ipsi in libris se deorum progeniem esse dicerent: sed hoc ne statuamus, tam multa obstant, ut falsum esse vix mihi dubium videatur. Nempe non solum subiectorum mutatio admodum esset dura, cum et *παρέχονται* et *θυηπολοῦσι* et *πείθοντες* subiectum habeant *ἀγύρται καὶ μάντεις*; non solum pro praesenti tempore melius scriberetur imperfectum: sed praecipue illud *ὥς φασι*, quod exhibet similis sententia pag. 364 B,. cuius subiectum idem est atque sententiae de qua nos agimus [*ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες πείθουσιν ὡς ἔστι παρὰ σφίσι δύναμις ἐκ θεῶν ποριζομένη θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴτε τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν, ἐάν τέ τινα ἐχθρὸν πημῆναι ἐθέλῃ, μετὰ σμικρῶν δαπανῶν ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψειν, ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν.*], imprimis illud in simili sententia usurpatum *ὥς φασι*, inquam, hic quoque subiectum esse *ἀγύρτας καὶ μάντεις* probat.

Itaque iure WEBER, quamquam pag. 38 de hac re tacet, pag. 7 aperte dicit idem: „Dabei bedienten sie [Gaukler und Bettelpriester] sich der Bücher des Orpheus und Musäus, und um deren Wirksamkeit in den Augen der gläubigen Thoren noch zu steigern, e r h o b e n s i e die Verfasser zu Göttersöhnen .... Platon wendet sich gegen das zur Erzielung höherer Einnahmen von ihnen erfundene, von harmlosen Thoren geglaubte Märchen von der göttlichen Abkunft ihres Orpheus. Er stellt sich in scharfen Gegensatz zu dieser Legende, er fügt zu Σ. *τε καὶ* M. *ἐγγόνων* hinzu: *ὥς φασι* (Subj. = *ἀγύρται καὶ μάντεις*), er trennt ihre Ansicht ausdrücklich von seiner eigenen." sqq.

Utique fieri potest, ut *φασί* generaliter usurpatum sit, ut latine: *dicunt*, belgice: *men zegt;* quod tamen ne statuamus primo omnia fere obstant quae contra alteram illam interpretationem huius annotationis initio attulimus: praeterea ipsa de qua agitur res vix ita mutaretur.

auctorum sententia, non dicitur. Ut breviter dicam: Tim. 40 D *οἱ εἰρηκότες ἔμπροσθεν* sunt ii qui agunt: Rep. 364 E *Μουσαῖος καὶ Ὀρφεύς, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἔγγονοι* ii, de quibus agitur; 3°. Tim. 40 D una tantum interpretatio est, cum ad nihil aliud nisi ad *ἐκγόνοις θεῶν οὖσιν* referri possint verba *ὡς ἔφασαν*, quod praeterea aperte indicatur additis vocabulis *μὲν* — *δέ*: *ἐκγόνοις μ ὲ ν θεῶν οὖσιν* — *σαφῶς δ έ που τούς γε αὑτῶν προγόνους εἰδόσιν*: Rep. 364 E ipsum hoc quaeritur, quo illa: *ὥς φασι* pertineant; 4° denique — id quod posthac probabo — Tim. 40 D verbis *τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν* omnino non significatur Orpheus. Ipsa autem haec, quibus a Timaei loco differt Rep. 364 E, Weberi sententiae contraria sunt.

Denique dubito, annon omnino de toto loco recte iudicaverit Weber: scilicet etiam si constaret, ipsius Platonis sententiam contineri, quaereretur, num recte hanc sententiam interpretatus esset: mihi quidem alia videtur loci vis, de qua tamen hic non est dicendum.

Sed id ipsum — Platonis referri opinionem hoc loco — omnino non constat: non dicuntur haec a Socrate, qui, exceptis iis quae prooemii loco contra Thrasymachum disputaverat, decimo demum secundi libri capite (367 E) suam ipsius sententiam exponit: dicit haec Adimantus, Glauconis frater, post fratrem verba faciens: uterque tamen non exponit quae ipse sentit, sed quae alii contendisse dicuntur refert, Glauco Thrasymachi partes sibi sumens — qui prius quam oportuit a Socrate tamquam serpens se deliniri passus esse ei videbatur —, eiusque redintegrans opinionem[1]);

---

1) Cf. 358 B: *Ἴθι δή, ἔφη, ἄκουσον καὶ ἐμοῦ, ἐάν σοι ταὐτὰ δοκῇ. Θρασύμαχος*

ADIMANTUS, addens quae praetermisisse putabat GLAUCONEM et persecutus etiam contrarias orationes eis, quas ille protulit.[1]) Itaque GLAUCO eorum sententiae patronus exsistit, qui prae iustitia laudant iniustitiam,[2]) ADIMANTUS, et GLAUCONIS et THRASYMACHI amplificans orationes, eorum addit opinionem, qui iustitiam laudant, sed laudant propter commoda et utilitates, quae cum ea coniuncta sint;[3]) quibus tamen opponens aliorum sententias, qui iustitiam pulchram illam quidem esse sed molestam et laboriosam, iniustitiam contra multo utiliorem, praeterea facile iniuriae ignosci a diis dicant,[4]) hic quoque ex omnibus quae ab ipso allata erant, efficit, nisi ipsa per se iustitia iniustitiae sit praeponenda, hanc illa antiquiorem habendam esse.[5])

Utriusque orationis igitur hoc est commune, quod

γάρ μοι φαίνεται πρῳαίτερον τοῦ δέοντος ὑπὸ σοῦ ὥσπερ ὄφις κηληθῆναι, ἐμοὶ δὲ οὔπω κατὰ νοῦν ἡ ἀπόδειξις γέγονε περὶ ἑκατέρου· ἐπιθυμῶ γὰρ ἀκοῦσαι, τί τ' ἔστιν ἑκάτερον καὶ τίνα ἔχει δύναμιν αὐτὸ καθ' αὐτὸ ἐνὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τοὺς δὲ μισθοὺς καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτῶν ἐᾶσαι χαίρειν. οὑτωσὶ οὖν ποιήσω, ἐὰν καὶ σοὶ δοκῇ· ἐπανανεώσομαι τὸν Θρασυμάχου λόγον, καὶ πρῶτον μὲν ἐρῶ δικαιοσύνην οἷον εἶναί φασι καὶ ὅθεν γεγονέναι· δεύτερον δὲ ὅτι πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν ὡς ἀναγκαῖον ἀλλ' οὐχ ὡς ἀγαθόν· τρίτον δὲ ὅτι εἰκότως αὐτὸ δρῶσι· κ.τ.λ.

1) Cf. 362 D sqq.: Ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Γλαύκωνος, ἐγὼ μὲν ἐν νῷ εἶχόν τι λέγειν πρὸς ταῦτα, ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀδείμαντος, Οὔ τί που οἴει, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς εἰρῆσθαι περὶ τοῦ λόγου; Ἀλλὰ τί μήν; εἶπον. Αὐτό, ἦ δ' ὅς, οὐκ εἴρηται ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη· ὥστε καὶ σύ, εἴ τι ὅδε ἐλλείπει, ἐπάμυνε. καίτοι ἐμέ γε ἱκανὰ καὶ τὰ ὑπὸ τούτου ῥηθέντα καταπαλαῖσαι καὶ ἀδύνατον ποιῆσαι βοηθεῖν δικαιοσύνῃ. καὶ ὅς, Οὐδέν, ἔφη, λέγεις, ἀλλ' ἔτι καὶ τάδε ἄκουε· δεῖ γὰρ διελθεῖν ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐναντίους λόγους ὧν ὅδε εἶπεν, οἳ δικαιοσύνην μὲν ἐπαινοῦσιν, ἀδικίαν δὲ ψέγουσιν, ἵν' ᾖ σαφέστερον ὅ μοι δοκεῖ βούλεσθαι Γλαύκων.

2) Cf. pag. 170, adn. 2.

3) Cf. adn. 1.

4) Cf. 363 E sqq.: Πρὸς δὲ τούτοις σκέψαι, ὦ Σώκρατες, ἄλλο αὖ εἶδος λόγων περὶ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας ἰδίᾳ τε λεγόμενον καὶ ὑπὸ ποιητῶν. πάντες γὰρ sqq.

5) Capp. VIII, IX.

consummat quodammodo et perficit ea, quae dicta erant a THRASYMACHO, ita quidem, ut huius sententia etiam subtilius atque dilucidius illustretur eoque modo iniustitiae imago, contraria illa iustitiae, plenius informetur;[1]) id quod faciunt, non quo optimi homines THRASYMACHO ex animo assentiantur — plane ipsos affirmare iam indicavi, non ex animi sui sententia se dicere —,[2]) sed ut Socratem permoveant et necessitate quadam eo adigant, ut quid ipse sentiat de iustitia aliquando aperiat, atque vim et naturam eius per se spectatae patefaciat, missis utilitatis externae rationi-

---

1) STALLB. Argum. Rep. lib. II, pag. 117. Vide praeterea Prolegg. ad Rep. pag. CXIX: „Nam principio Thrasymachi sententiam defendunt, non quidem serio, sed eo consilio, ut Socratem ad aperiendam mentem suam aliquando permoveant. Quod faciunt longe disertissime ac subtilissime. Etenim Glauco quidem Thrasymachi de iniustitiae praestantia sententiam via et ratione secundum sophistarum doctrinam illustrat, ita ut et iustitiam et iniustitiam per se, detractis omnibus utilitatibus externis, spectandam esse intelligatur. Cui mox tamquam suppetias fert Adimantus, qui ea, quae Glauco e ratione sophistarum defenderat, etiam testimoniis vitae communis atque poetarum confirmat atque iustitiam praemiis spoliat, iniustitiam iisdem ornat facundissime. Quo denique efficitur, ut iniustitia omni ex parte de iustitia victoriam reportasse videatur." sqq.; deinde Argum. libr. II, pagg. 113—117.

2) Quod ad GLAUCONEM cf. 358 B sqq.: *πολὺ γὰρ ἀμείνων ἄρα ὁ τοῦ ἀδίκου ἢ ὁ τοῦ δικαίου βίος, ὡς λέγουσιν. ἐπεὶ ἔμοιγε, ὦ Σώκρατες, οὔτι δοκεῖ οὕτως· ἀπορῶ μέντοι διατεθρυλημένος τὰ ὦτα, ἀκούων Θρασυμάχου καὶ μυρίων ἄλλων, τὸν δὲ ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης λόγον, ὡς ἄμεινον ἀδικίας, οὐδενός πω ἀκήκοα ὡς βούλομαι· βούλομαι δὲ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐγκωμιαζόμενον ἀκοῦσαι. μάλιστα δ' οἶμαι ἂν σοῦ πυθέσθαι· διὸ κατατείνας ἐρῶ τὸν ἄδικον βίον ἐπαινῶν, εἰπὼν δὲ ἐνδείξομαί σοι, ὃν τρόπον αὖ βούλομαι καὶ σοῦ ἀκούειν ἀδικίαν μὲν ψέγοντος, δικαιοσύνην δὲ ἐπαινοῦντος.* Praeterea 361 E: *καὶ δὴ κἂν ἀγροικοτέρως λέγηται, μὴ ἐμὲ οἴου λέγειν, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τοὺς ἐπαινοῦντας πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν.*

Quod ad ADIMANTUM 367 A sqq.: *ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ἴσως δὲ καὶ ἔτι τούτων πλείω Θρασύμαχός τε καὶ ἄλλος πού τις ὑπὲρ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας λέγοιεν ἂν μεταστρέφοντες αὐτοῖν τὴν δύναμιν, φορτικῶς, ὥς γέ μοι δοκεῖ· ἀλλ' ἐγώ, οὐδὲν γάρ σε δέομαι ἀποκρύπτεσθαι, σοῦ ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι τἀναντία, ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω.*

bus;[1]) quorum desiderio cum SOCRATES satisfacit, orditur primariae rei disputatio (inde a p. 367 E libri secundi).

Ex omnibus his facile perspicitur, GLAUCONIS et ADIMANTI orationibus, quae ne ipsorum quidem opiniones referant, omnino non contineri PLATONIS sententiam,[2]) quam ab iis ipsis coactus, nunc demum exponat SOCRATES: itaque nec mirum videbitur, cum multa, quae cum his GLAUCONIS et ADIMANTI orationibus pugnent,[3]) ipsum docuisse PLATONEM,[4]) tum

---

1) STALLB., Prolegg. ad Rep. pag. LXIX.

2) Cf. L. SCHMIDT, Eth. d. a. Gr. I pagg. 28 sqq.: „Die wunderbare poetische Gestaltungskraft Platon's wird ebenfalls zu einem nicht hoch genug anzuschlagenden Mittel, uns den griechischen Volksgeist nach seiner ethischen Seite zu vergegenwärtigen: sind doch der Menon des gleichnamigen Dialogs, der Pausanias des Gastmahls, der Kephalos, der Polemarchos, der Glaukon, der Adeimantos der Republik Typen sittlicher Lebensrichtungen, wie sie unter seinen Zeitgenossen häufig vorhanden waren und wie sie kein reflektirender Bericht mit gleicher Anschaulichkeit uns vor die Seele zaubern könnte."

3) Quod dico, multa his inesse orationibus quae cum vera PLATONIS opinione pugnent, id non hanc habet vim, ut *nihil* inesse contendam, quod cum PLATONIS sententia congruat: hoc tantum dixi, ea quae contineantur hisce orationibus non temere PLATONI esse tribuenda, cum harum orationum ratio et propositum a SOCRATIS disputationis consilio prorsus abhorreat. Itaque non nego vera esse quae dicit SCHMIDT, Eth. d. a. Gr. I pag. 28: „Die hochwichtige Stelle der Republik, in welcher Platon die dem populären Bewusstsein gegenwärtigen Motive der Sittlichkeit durch den Mund des Adeimantos einer vernichtenden Kritik unterwirft (2, 365a—367e), fasst zugleich" sqq.; quamquam prudentia opus est: conferantur eiusdem verba, pag. 174 adn. 1 laudata.

4) Sic similes poenae impiis et iniustis impendere dicuntur hoc loco (Rep. II 363 D) atque eae quas SOCRATES commemorat Phaedon. 69 C, quo loco quin ipsius reperiatur PLATONIS sententia, non est dubium: *καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει* (cf. Rep. 363 D: *τοὺς δὲ ἀνοσίους αὖ καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου* sqq.).

Praeterea, quamquam diligenter ADIMANTUS a SOCRATE rogavit, ut mitteret

posterioribus Reipublicae libris non solum quae a THRASYMACHO, sed etiam quae a GLAUCONE et ADIMANTO de vi et praestantia iniustitiae erant defensae opiniones, confutari et erroris convinci.[1])

Quodsi autem verum est, ADIMANTUM non PLATONIS, sed aliorum eloqui sententiam, sequitur, ut quae oratione eius continentur, licet ex ipsius mente fluxisse censenda sint, his PLATONEM assentiri, omnino non constet.

Itaque etiam si ad sola verba: *Σελήνης τε καὶ Μου-*

---

de iustitiae mercede dicere [cf. 367 B: *τὰς δὲ δόξας, ἀφαίρει, ὥσπερ Γλαύκων διεκελεύσατο.* D: *τοῦτ' οὖν αὐτὸ ἐπαίνεσον δικαιοσύνης, ὃ αὐτὴ δι' αὑτὴν τὸν ἔχοντα ὀνίνησι, καὶ ἀδικία βλάπτει· μισθοὺς δὲ καὶ ἄλλας δόξας πάρες ἄλλοις ἐπαινεῖν. κ.τ.λ.*], et iam ante eum idem se cupere dixit GLAUCON [cf. 367 B, et supra, pag. 168, adn. 1], nihilominus SOCRATES libro decimo praemia et honorem iustitiae peragit, quo libro docetur iustitiae, hoc est universae vitae humanae tam uniuscuiusque privatae quam civium omnium communis, virtuti non solum in hac vita, sed etiam post mortem maxima praemia esse proposita [STALLB. Prolegg. ad Rep. pag. LXXVIII. Cf. praeterea quae post verba laudata sequuntur et pag. LXXIX: ... „Quo ipso demum fieri potuit, ut etiam utriusque (iustitiae et iniustitiae) ad felicitatem et infelicitatem vis et efficacia in illustri luce collocata sit ... Denique etiam vitae optimae, hoc est iustitiae, externa vindicantur commoda atque praemia, ut quae initio sermonis ipsi ab iis erant erepta, qui in vulgaribus haerentes opinionibus neque res humanas ad scientiae normam et legem exigentes de caussa controversa fecissent iudicium"; denique pag. LXXXIII]; quin etiam huiusce libri finis est hic (621 C sqq.): *ἀλλ' ἂν ἐμοὶ πειθώμεθα, νομίζοντες ἀθάνατον ψυχὴν καὶ δυνατὴν πάντα μὲν κακὰ ἀνέχεσθαι, πάντα δὲ ἀγαθά, τῆς ἄνω ὁδοῦ ἀεὶ ἑξόμεθα καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς, αὐτοῦ τε μένοντες ἐνθάδε, καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα, ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν.* Vides quantum intersit inter ipsius PLATONIS opinionem et GLAUCONIS atque ADIMANTI orationes. Cf. praeterea STALLB. Prolegg. pagg. XXXVIII sqq. et Rep. locum, qui proxima annotatione est exscriptus.

1) STALLB. Prolegg. pag. LXXVII; ipsius Rep. pag. 612 B sqq.: *Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, νῦν ἤδη ἀνεπίφθονόν ἐστι πρὸς ἐκείνοις καὶ τοὺς μισθοὺς τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ἀποδοῦναι, ὅσους τε καὶ οἵους τῇ ψυχῇ παρέχει παρ' ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν, ζῶντός τε ἔτι τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς.*

σῶν ἐγγόνων pertineret locutio ὥς φασι, PLATONEM libros de quibus agitur Musaeo et Orpheo tribuisse, omnino non esset demonstratum.

Supra iam indicavi de universi loci vi postea accuratius me disputaturum esse: hic id unum quaeritur, appareatne ex Rep. 364 E, librorum quorundam sacrificalium auctorem haberi Orpheum a PLATONE; cui quaestioni collatis quae supra attulimus respondere licebit: non apparet.

Sunt qui etiam eiusdem ADIMANTI verba, quae paulo ante locum supra tractatum inveniuntur (363 C sqq.),[1]) ad Orpheum referant.[2]) Quod si recte fieret,

---

1) Μουσαῖος δὲ τούτων (sc. Ἡσιόδου τε καὶ Ὁμήρου) νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις· εἰς Ἅιδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες καὶ συμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας, ἡγησάμενοι κάλλιστον ἀρετῆς μισθὸν μέθην αἰώνιον· οἱ δ' ἔτι τούτων μακροτέρους ἀποτείνουσι μισθοὺς παρὰ θεῶν· παῖδας γὰρ παίδων φασὶ καὶ γένος κατόπισθεν λείπεσθαι τοῦ ὁσίου καὶ εὐόρκου. ταῦτα δὴ καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι δικαιοσύνην· τοὺς δὲ ἀνοσίους αὖ καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου καὶ κοσκίνῳ ὕδωρ ἀναγκάζουσι φέρειν, ἔτι τε ζῶντας εἰς κακὰς δόξας ἄγοντες, ἅπερ Γλαύκων περὶ τῶν δικαίων δοξαζομένων δὲ ἀδίκων διῆλθε τιμωρήματα, ταῦτα περὶ τῶν ἀδίκων λέγουσιν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔχουσιν.

2) Dubitanter DIELS, Fr. der Vorsokrat. Anhang. 66. Orpheus. B. Altbezeugte Fragmente: „4. (pag. 492). Rep. II 363 C Μουσαῖος δὲ τούτων [Hesiod und Homer] νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ [Orpheus?] παρὰ θεῶν ... αἰώνιον."; praeterea A. DIETERICH, Nekyia, Leipzig. Teubner 1893, pag. 72; errat tamen MAASS, Orpheus, pag. 110 adn. 144, contendens in eadem sententia fuisse LOBECKIUM I p. 807, et hunc secutum ROHDE pag. 288[1]: LOBECKIUS, Aglaoph. pag. 806 (non 807) contrarium dicit: „Plato in Rep. II. 363. C commemoratis honoribus et commodis, quae Homerus Hesiodusque justissimo cuique a diis tribui praedicant, longe majores spes et ampliores a Musaeo atque Eumolpo ostendi ait;" ROHDE autem (Psyche[1], pag. 288 adn. 1) Rep. 2, 363 D Orphicorum quidem dicit doctrinam inveniri, ad ipsum tamen Orpheum non refert locum „Finsterniss und Schlamm", σκότος καὶ βόρβορος als Strafe und Strafort der ἀμύητοι καὶ ἀτέλεστοι stammt aus Orphischer Lehre: s. Plato, *Rep.* 2, 363 D;" ipsum de quo, si

eadem tamen in hunc locum valerent, quae postremo de altero illo diximus: cum in ADIMANTI invenirentur oratione, non constare, PLATONIS iis contineri opinionem.[1]) Sed cum ab aliis affatim sit demonstratum non Orpheum, sed E u m o l p u m significari verbis *καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ*,[2]) plura de hoc loco dicere

---

ad vivum est resecandum, *solo* hic agitur loco: Rep. 2, 363 C, ROHDE non attingit pag. 288, sed 289 adn. 4: .... „die Orphische Verheissung eines ewigen Rausches für die Geweiheten, bei dem *συμπόσιον τῶν ὁσίων* im Hades (Plato, *Rep*. 2, 363 C ...)," sed neque h o c loco ipsum Orpheum significari a PLATONE contendit verbis *καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ*, licet quae docentur Orphica esse dicat: immo pag. 421 adn. 7 ipsis verbis E u m o l p u m dici scribit: „Plato *Rep*. 2, 363 C. D. Plato nennt dort Musaeos und dessen Sohn (Eumolpos) als Verkündiger dieser Verheissungen," sqq.; quod faciens non inepte ROHDE: doctrina erat Orphicorum: libri, quibus continebatur haec doctrina, Musaeo et Eumolpo attribuebantur: cf. pag. 175, adn. 1.

1) Accedit, quod Sophistarum quorum partes agit mores secutus, carminis vim mutasse videtur ADIMANTUS: cf. SCHMIDT, o. l. pag. 103: „ihre [der Guten] Mahlesfreuden machte Musäos einmal zum Gegenstande einer Ausführung, die Adeimantos in Platon's Republik (2, 363 c) i n d a s L ä c h e r l i c h e z i e h t, i n d e m e r s i e s o w e n d e t, a l s o b d a n a c h i m m e r w ä h r e n d e T r u n k e n h e i t d e n L o h n d e r T u g e n d b i l d e n s o l l t e;" praeterea MAASS, Orpheus, pag. 112 (adn. 149): „Ob der Ausdruck „ewige Trunkenheit" wirklich in dem alten Gedicht gestanden hat, darf man bezweifeln. Platon spottet doch merklich."

Ceterum quod MAASS dicit, ipsum PLATONEM, non ADIMANTUM, ludibrio hic habere hanc doctrinam, id consideratis iis quae de ADIMANTI orationis consilio et de congruentia, quae inter MUSAEI hanc et Phaedonis dialogi doctrinas extaret, supra disserui, dubitare licebit. Itaque minus accurate etiam GRUPPE apud ROSCHER col. 1126: „Freilich wird an beiden Stellen [*rep*. 2, 6 S. 363c; 2, 7 S. 364e] im Gegensatz zu den früher genannten die mystische Litteratur verächtlich behandelt;" discrepantia, de qua dicit GRUPPE, non extat; nec prorsus recte PLUTARCHUS, comp. Cim. et Lucull. p. 521: *ὥσπερ Π λ ά τ ω ν ἐπισκώπτει τοὺς περὶ τὸν Ὀρφέα τοῖς εὖ βεβιωκόσι φάσκοντας ἀποκεῖσθαι γέρας ἐν Ἅιδου μέθην αἰώνιον*. Cf. tamen pag. 175, adn. 1.

2) Vide imprimis MAASS, Orpheus, pagg. 110 sqq., qui PRELLERUM idem iam notasse dicit (pag. 111 adn. 148); praeterea praeter LOBECKIUM et ROHDIUM, de quibus egi pag. 173 adn. 2, STALLB.[2] ad locum, SCHLEIERMACHER, Platons Werke. III. 1². Anm. zum zweit. Buch. pag. 343; GRUPPE apud ROSCHER i. v. Orpheus col. 1126; ex antiquis scriptoribus SUID. i. v. *Ε ὔ μ ο λ π ο ς* [*Ἐλευσίνιος ἤτοι Ἀθηναῖος, υἱὸς Μουσαίου τοῦ ποιητοῦ, ὡς δέ τινες, μαθητὴς Ὀρφέως, κ.τ.λ.*] et i. v. *Μ ο υ σ α ῖ ο ς* [... *καὶ ἔγραψεν ὑποθήκας Εὐμόλ-*

necesse non est.[1]).

Nec quem praeterea ex eadem oratione locum huc refert WEBER — II 366 B dico —,[2]) conten-

πῳ τῷ υἱῷ ...]; Schol. in SOPH. Oed. Col. vs. 1053 (ed. PAPAGEORG. pag. 446): *Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα, τοῦ δὲ Εὔμολπον, τοῦ δὲ Ἀντίφημον, τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν, τοῦ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν καὶ ἱεροφάντην γεγονότα*; denique CHRON. PAR. 15 (ed. FLACH, pag. 8.)

1) Ceterum tenendum est, hoc loco id unum quaeri, non utrum Orphici, sed utrum Orpheus hic significetur a PLATONE necne; prius illud collatis Phaedonis verbis supra allatis quibus eandem fere doctrinam Orphicis tribui satis constare videtur [Cf. AST, Annotat. in Phaedon. 62 B (Platonis Opp. XI. pag. 519): „Infra quoque 69. C. verbis *οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες* Orphici significantur"], vix negari posse arbitror; alterum parum mihi videtur verisimile. Quae tamen non pugnant inter se: nam Orphicos nullis aliis usos esse libris nisi qui ipsi Orpheo tribuerentur, mihi non est persuasum: quae si ita sunt, fieri potest, ut Rep. II 363 C spectentur Orphicorum doctrinae, quas tamen continerent libri Musaeo et Eumolpo adscripti; cf. MAASS, Orpheus, pag. 110 adn. 144: „Wenn Plutarch Comp. Cim. et Luc. p. 521 schreibt *ὥσπερ Πλάτων ἐπισκώπτει τοὺς περὶ τὸν Ὀρφέα τοῖς εὖ βεβιωκόσι φάσκοντας ἀποκεῖσθαι γέρας ἐν Ἅιδου μέθην αἰώνιον*, so würde auch in dem Falle, dass Plutarch die Person des Orpheus selbst, nicht (wie ich meine) allgemein Orphiker, bezeichnen sollte, dies Zeugnis nur beweisen, dass Plutarch einen falschen Schluss aus der Platonstelle gezogen hätte," praeterea pag. 112 (adn. 149): „Olympiodor z. d. St. *παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον κ.τ.λ.* bleibt auch dann richtig, wenn Platons Quelle die orphische Dichtung des „Musaios-Eumolpos" war. Diogenes Laertius VI 1, 4;" denique ROHDE, Psyche[1], pagg. 421 sqq., adn. 7, qui simile quid de Musaeo quoque statuit: „*συμπόσιον τῶν ὁσίων* im Hades, *μέθη αἰώνιος* ihr Lohn: Plato *Rep.* 2, 363 C. D. Plato nennt dort Musaeos und dessen Sohn (Eumolpos) als Verkündiger dieser Verheissungen, und stellt diesen mit *οἱ δὲ* andere entgegen, die anderes verhiessen, vielleicht andere orphische Gedichte (vgl. *fr.* 267). Aber Musaeos, wie er bei Plato stets eng mit Orpheus verbunden vorkommt (*Rep.* 2, 364 E; *Prot.* 316 D; *Apol.* 41 A; *Ion* 536 B), vertritt zweifellos auch hier orphische Dichtung (unter seinem Namen hatte man eine Litteratur wesentlich orphischen Charakters). Und so scheint Plutarch, *Compar. Cim. et Lucull.* 1 mit Recht dem bei Plato genannten *Μουσαῖος* einfach *τὸν Ὀρφέα* zu substituiren."

2) A sqq.: *ἀλλὰ γὰρ ἐν Ἅιδου δίκην δώσομεν ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν, ἢ αὐτοὶ ἢ παῖδες παίδων. ἀλλ', ὦ φίλε, φήσει λογιζόμενος, αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται καὶ οἱ λύσιοι θεοί, ὡς αἱ μέγισται πόλεις λέγουσι καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταὶ καὶ προφῆται τῶν θεῶν γένομενοι, οἳ ταῦτα οὕτως ἔχειν μηνύουσι.* Verba *αὖ μέγα δύνανται* in multis codicibus non leguntur: quo maxime factum est, ut HERMANNUS in editione sua praeberet prorsus di-

dens verbis *θεῶν παῖδες ποιηταί καὶ προφῆται* Orpheum indicari et Musaeum,[1]) ad PLATONIS de Orpheo cognoscendam opinionem quidquam is mihi videtur pertinere: nam cum haec quoque in ADIMANTI oratione

versam lectionem, quae tamen mera coniectura nititur: *ἀλλ' ὠφελήσουσιν ἁγνιζομένους αἱ τελεταὶ καὶ οἱ λύσιοι θεοί, ὡς κ.τ.λ.*

Quam ad lectionem defendendam quae affert HERMANNUS editionis suae pag. V, mihi videntur probari non posse: nam quod dicit appellationem *ὦ φίλε* omni vi carere, non video, cur hoc modo appellari non possit is qui dixit: *ἀλλὰ γὰρ ἐν Ἅιδου δίκην δώσομεν*, ab eo, qui iniustitiae causam defendit; quae autem de verbo quod est *λογιζόμενος* addit — absurdum esse in re, quae Graecis omnibus adeo nota et proclivis esset, ut ratiocinatione non indigeret —, neque haec valere mihi videntur, cum verbum illud non ad ipsam rem, sed ad ea quae de hac re antea dicta erant (364 D sqq.) pertineat, praeterea non *ratiocinans*, sed *calculans* sonet: denique personarum confusionem, quam vituperat HERMANNUS (*φήσομεν* 365 C *φήσει* 366 A), a PLATONIS scribendi ratione alienum esse, non facile quis demonstrabit: itaque restat id unum, quod complures codices verba *αὖ μέγα δύνανται* omittunt: quod omnino sufficere mihi non videtur ad HERMANNI rationem probandam: etenim cum omnia sint integra nisi quod verba *αὖ μέγα δύνανται* inferioris notae libri soli exhibent, prius HERMANNO erat quaerendum, possetne huius omissionis causa inveniri: quam causam indagare haud sane difficile censeo: per haplographiam facile vitium explicatur: itaque omnino mutatione non est opus: verba *μέγα δύνανται* optime quadrant in illud *λογιζόμενος*, si hoc verbum interpretamur: *calculans, calculos subducens*. Cf. in universum J. ADAM, The Rep. of Plato. I. Cambridge 1902, ad locum.

Si quid mutandum est, est posterior sententiae pars, quae graviorem exhibet tautologiam, siquidem verba *λέγουσι* et *μηνύουσι* idem fere sonant [scilicet verbis *οἳ* — *μηνύουσι* locutionis *οἱ θεῶν παῖδες* vim minui mihi non est persuasum]; cui pleonasmo facile subvenitur, si vel verba *οἳ ταῦτα οὕτως ἔχειν* glossematis loco habentur, vel — quod levius est — vocabulum *οἳ* per dittographiam [*γενόμενοι οἳ*] additum esse statuitur — id quod iam FICINUM et MADVIGIUM proposuisse vidi —, interpungitur autem post verbum *λέγουσι*, ita ut sententia sit haec: *ἀλλ', ὦ φίλε, φήσει λογιζόμενος, αἱ τελεταὶ καὶ οἱ λύσιοι θεοὶ μέγα δύνανται, ὡς αἱ μέγισται πόλεις λέγουσι· καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταὶ καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι ταῦτα οὕτως ἔχειν μηνύουσι*: ut... civitates dicunt: et poëtae haec ita esse affirmant (indicant).

Sed cum eiusmodi pleonasmum a sermone Graeco alienum esse non facile demonstretur (vide KÜHNER, Ausf. Gramm. d. Gr. Spr.³ II, 2² pag. 1090), dubito annon omnino mutatione opus sit: cf. ADAM o. l. ad loc.

1) o. l. pag. 7; pag. 11; pag. 13 adn. 24; pag. 33.

inveniantur, idem de iis est dicendum, quod de ceteris eiusdem orationis locis supra tractatis, cum praesertim haec ne ad formam quidem sint ADIMANTI, sed respondeantur ab eo qui iniustitiae causam defendit contra ea quae opponuntur,[1]) id quod ex verbis: *φήσει λογιζόμενος* clare apparet; itaque illud *φήσει λογιζόμενος* congruit cum alterius loci verbis *ὥς φασι*, et etiamsi illis *οἱ θεῶν παῖδες, ποιηταὶ καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι*, Orpheum et Musaeum indicari concedendum sit,[2]) utique quae hic inveniuntur non PLATONIS, sed aliorum sententiam referre censenda sunt.[3])

---

1) STALLB. o. l.: „*φήσει λογιζόμενος*] inquiet argumentans(?); sc. ille, qui iniustitiae caussam defendit. Refert enim Adimantus non suam, sed alienam sententiam callide a se exornatam."

2) WEBER ait ille quidem (pag. 7): „die erste Stelle (rep. II 363 [lege 366] B) spielt dem Zusammenhange nach zweifellos auf Orpheus und Musäus an"; argumenta tamen quibus haec demonstrentur, affert nulla. — STALLB. ad locum praecipue ad Musaeum et Orpheum verba referenda esse censet. Et concedo equidem fieri posse, ut spectent haec verba ad 364 E quem locum supra laudavi: *βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, κ.τ.λ.*; sed cum quae antea erant dicta, paucis hic comprehendantur, nec de Orpheo et Musaeo solis sermo fuerit, hos, etiamsi significentur, solos spectari non constare mihi videtur (ADAM a. l.: „e. g. Musaeus and Orpheus").

3) Id quod de *omnibus* quae hic leguntur, dicendum est: non solum *θεῶν παῖδας* esse Orpheum et Musaeum, siquidem hi significentur his verbis, aliorum sententia — non PLATONIS — est; verum etiam *θεῶν* hos *παῖδας* eiusmodi quid quale hic legitur, *μηνύειν* eosque esse *ποιητὰς καὶ προφήτας θεῶν*, haec ait ille iniustitiae patronus, qui verbis: *φήσει λογιζόμενος* indicatur. Quem omnino non agere PLATONIS vices, iam erit in aprico. Itaque iure quidem WEBER pag. 13 adn. 24: „Bei der früher zitierten Stelle rep. II p. 366 B nennt er Orpheus und Musäus *θεῶν παῖδες ποιηταὶ καὶ προφῆται* ohne ein *ὥς φασι*. Das fällt deshalb nicht ins Gewicht, weil ja dort ausdrücklich mit den Worten „*ἀλλ', ὦ φίλε, φήσει λογιζόμενος, ... προφῆται*" die ganze Stelle nicht als Ansicht Platons,

10. Quae si ita sunt, transire iam licebit ad eum locum, quem de Orpheo agenti postremum mihi tractandum esse professus sum: Tim. 40 D dico.

Hic Timaeus exposita universi mundi origine et corporum caelestium, imprimis terrae, procreatione postquam verbis: *ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως ἐχέτω τέλος*, huic disputationis parti finem fecit, deinde hoc modo pergit: *Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὐτῶν προγόνους εἰδόσιν· ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην, τούτων δὲ Φόρκυς Κρόνος τε καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων, ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας Ζεὺς Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τούτων ἄλλους ἐκγόνους· κ.τ.λ.*

---

sondern ..... kenntlich gemacht ist"; iniuria tamen is pagg. 32 sqq.: „Was weiss uns nun Platon über die Wirksamkeit des Orpheus zu sagen? ... de rep. p. 366 B werden O. und Musäus als *ποιηταὶ* und *προφῆται θεῶν* genannt", siquidem hanc Platonis sententiam esse putet Weber: verba illa *φύσει λογιζόμενος* non solum ad *θεῶν παῖδες*, sed etiam ad *ποιηταὶ καὶ προφ.*, et ad *οἳ — μηνύουσι* pertinent. Eadem est hic quaestio, atque ea, quam supra de verbis *ὥς φασι* rep. II 364 E esse vidimus: quem ad locum quae disputavi, iis quae *hic* scripsit Plato, confirmari mihi videntur.

Praeterea quod Weber adnotatione laudata dicit, Rep. II 366 B non referri Platonis sententiam, sed patroni alicuius Orphei et *ἀγυρτῶν καὶ μάντεων* [„nicht als Ansicht Platons, sondern als die eines angenommenen Verteidigers des Orpheus und der *ἀγύρται καὶ μάντεις* kenntlich gemacht ist."], haec non recte dicta esse ex iis quae de universi loci ratione huc usque disputavimus, facile apparet.

Gravissimum hunc locum, quem permulti iam tractaverunt viri docti, aliter alii interpretati sunt: quorum omnium sententias enumerare aut recensere quamquam longum est nec necesse habeo, tamen, cum plerique ad Orpheum eum locum rettulerint,[1]) silentio praetereundum esse non puto.

Sunt autem duae potissimum quaestiones hic considerandae: altera de universi loci sententia agit: in qua quaestione maxime id rogatur, utrum per ironiam dicat TIMAEUS necne: altera est haec, quinam verbis *τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν κ.τ.λ.* significentur. Licet prior quaestio ad hanc disputationem ita tantum pertineat, si de Orpheo sermonem esse sit demonstratum, tamen cum altera vix solvi posse videatur, nisi de ironia sit dictum, prius haec quaestio est profliganda.

Et ironia quidem uti TIMAEUM in exponenda hac de deorum origine sententia, imprimis post WEBERI argumentationes vix mihi videtur negari posse: is quae protulit ut sententiam probaret[2]) iis quae ab

---

1) Affero LOBECK, Aglaoph. pag. 510; DIELS, Fragm. d. Vorsokr. 66. Orpheus. pag. 492. 8; GRUPPE apud ROSCHER o. l. i. v. Orpheus, col. 1121; ZELLER, Ph. d. Gr. I. 1[5] pag. 88 adn. 6 (pag. 89); GRUPPE, C. u. M. I pag. 615; WEBER o. l. pagg. 9 sqq.; ABEL, Orphica, pagg. 156, 157; UEBERW.-HEINZE o. l. pag. 39; SUSEMIHL, De Theogoniae Orphicae forma antiquissima dissert. (Ind. Schol. in Univ. Litt. Gryphiswald. per sem. aest. ann. MDCCCLXL a die XV mens. Apr. habend.) pagg. XVII sqq.; DIETERICH, Nekyia, pag. 101, adn. 3; STALLB. a. l.. Contra, quantum sciam, disseruerunt soli: GROTE, Plato, and the other companions of Sokrates, III. pag. 189, adn. 1; KERN, De Orphei Epimen. Pherec. theog. quaest. critic. pagg. 41 sqq.; TANNERY, Arch. f. Gesch. d. Phil. 11, 1897, 14; WELCKER, Griech. Götterlehre I. pag. 292, qui varia systemata mixta esse censet.

2) o. l. pagg. 12 sqq.; cf. ZELLER, Ph. d. Gr. II, 1[4], pag. 932; ironiam praeterea statuunt MARTIN, Etudes sur le Timée, II. p. 146 (Cf. GROTE o. l. pag. 261); SUSEMIHL o. l. pag. XVII; in medio rem relinquit CHANTEPIE DE LA SAUSSAYE, Lehrbuch der Religionsgeschichte, II, pag. 186: „Er erklärt selbst im Timaeos, vielleicht ironisch, sich der herrschenden Tradition über die Götter fügen zu wollen“; sqq.

aliis[1]) in contrariam partem sunt disputata, non infirmantur aut tolluntur.

---

1) Iis quos iam enumeravit WEBER o. l. pag. 12 (BERGK, griech. Lit. I, pagg. 393, 394; WILLMANN, Gesch. des Ideal. I, pagg. 413, 414; GROTE, o. l. pagg. 189; 258 sqq.; STALLB. a. l.) addo L. SCHMIDT, Eth. d. a. Gr. I, pag. 135: „Dazu kam, dass die Meinung überaus nahe lag, bei dem Schwankenden der religiösen Vorstellungen sei es das Angemessenste sich in Betreff ihrer möglichst dem Herkommen anzuschliessen, eine Meinung, die sowohl in der Hekabe des Euripides (800) als im Timäos Platon's (40e) angedeutet wird;" praeterea C. RITTER, Platons Dialoge, Stuttg. 1903, qui pag. 109 huius Timaei partis argumentum sic referat: „Bezüglich anderer göttlicher Wesen lässt sich zwar nichts irgendwie Beweiskräftiges oder auch nur Wahrscheinliches vorbringen; doch darf man den Alten wohl vertrauen, welche sich als Nachkommen von Göttern ansahen und von ihrem Geschlecht genauere Kenntnis besessen haben mögen als die heutigen, und so wird man am besten thun, dem hergebrachten Glauben zu folgen."

Nec tamen horum omnium opiniones, licet de ironia taceant, inter se sunt similes: ad vivum si resecandum est, unae WILLMANNI et BERGKII sententiae ZELLERI et WEBERI loci interpretationi adversantur [BERGKIUS l.l.: „Wie gläubig Plato" — inquit — „die Autorität dieser apokryphen Poesien verehrt und sie als vollgiltige Zeugen betrachtet, zeigt besonders eine Stelle im Tim. p. 40;" WILLMANN l.l.: „Dies (quod GROTE dicit) ist nur insofern richtig, als der grosse Denker nicht über der autoritativen Überlieferung zu stehen wähnt, aber nicht richtig, wenn ihm dabei eine Verzichtleistung auf die Vernunfterkenntnis zugeschrieben wird. Diese fasst Platon ebensosehr als Gabe der Götter, wie jene Überlieferungen; Eros und die Musen geben dem Geiste mit der Begeisterung zugleich Aufschlüsse und diese können mit den in Mythen niedergelegten Belehrungen nicht in Widerspruch stehen. Diese sind zugleich *λόγοι*; von der alten Priesterlehre über die Blutrache sagt Platon: *ὁ γὰρ δὴ μῦθος ἢ λόγος ἢ ὅ, τι χρὴ προσαγορεύειν αὐτὸν, ἐκ παλαιῶν ἱερέων εἴρηται σαφῶς*; ebenso stellt er auch *φήμη* und *λόγος* zusammen: Offenbarung und Vernunft: *πιστεύσαντες τῇ παρούσῃ φήμῃ καὶ λόγῳ*.

Das halbe Misverständnis der Timäosstelle bei Grote ist noch erträglicher als das ganze, in welches ein anderer Gelehrter verfällt, wenn er in jener Stelle „eine tiefe, fast bis zum Hohn fortgehende Ironie" finden will. Platon würde wohl eine solche Auslegung für Jener würdig erklärt haben, die er in göttlichen Dingen „alles Verständnisses baar" und „völlig abgeirrt" nennt."]; ceteri cum neglegentiam quandam vel cautionem inesse statuunt (cf. imprimis GROTE, et STALLB., Prolegg. in Tim. pag. 15), non multum a ZELLERI interpretatione abesse videntur.

Utique non satis accurate WEBER o. l. pag. 12: „wenn er [WILLMANN]

Testimonio sunt: 1° ipsa quibus utitur Timaeus verba, quae quin ironiam significent, vix videtur dubitari posse: ὡς ἔφασαν — που — γε — ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν;[1]) 2° universa loci ratio ac sententia,[2]) cum *a.* nec cum superioribus nec cum proximis ullo modo cohaereat haec dialogi pars, et ad ipsam disputationem omnino non pertineat, immo cum ea pugnare videatur; *b.* paucis versibus absolvantur ea, quae tam gravia esse dicuntur, ut maiora sint quam ut a Timaeo cognoscantur; *c.* nisi ironiam statuas, non intellegatur, qui reliquorum deorum enuntiare et nosse ortum, supra Timaei vires esse dici possit, quippe qui de caeli et terrae origine modo summa sagacitate et ingenio disputaverit; *d.* eo modo enumerentur hi dii, qui a reverentia multum absit, cum nec omnes afferat Timaeus, sed ad arbitrium eligere nonnullos videatur, nec verba quibus indicat eos quos omittit (καὶ ὅσοι μετὰ τούτων — πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τούτων ἄλλους ἐκγόνους), non sunt viri neglegentis.

Denique videas quam mira sit loci argumentatio: cum de hisce rebus dicere maius sit quam quod ad nos, si tamen cognoscere eas cupimus, audiendi sunt, qui de iis antea dixerunt, quippe qui probe eas sciant. Recte. At quam ob rem hi tales res scire censendi sunt? quae est causa, cur fidem iis habeamus? Quod a dii sint oriundi? Quod de suis rebus renuntient?

---

auch nicht so weit geht als Grote,.... zu sagen: Platon verzichtet hier förmlich auf sein eigenes Urteil und unterwirft sich der orthodoxen Autorität."

1) Non legitur: ὡς οἰκεῖα ἀπαγγελλόντων, sed ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν!

2) Cf. Weber o.l. pagg. 12 sqq., qui bene de his disserit.

Haec si scripsisset PLATO, difficilius sane fuerat ironiam statuere. Non scripsit.

Non quo deorum filii sint, non quo suas ipsorum res dicant, iis credendum est, sed quod *dicunt* se deorum filios esse, quod *dicunt* de suis rebus se renuntiare!

Ἀδύνατον θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. Sit ita sane; quamquam et haec ironiam redolent. At illis quibus hic credendum est, deorum filios esse unde apparet? A p p a r e t e x e o q u o d i p s i i t a e s s e d i c u n t!

Hic qui statuunt, scripsisse PLATONEM hanc Timaei partem opinionum antiquitus acceptarum reverentia ductum, quibus opinionibus ipse fidem haberet, — hic qui eiusmodi quid statuunt, inquam, videant, nonne multo melius fidem suam exprimere potuisset PLATO. Qui autem prudentia motum haec scripsisse eum censent, ne urbis deos non putare diceretur, videant, nonne hac ratione de diis vulgaribus agens, multo maius periculum sibi pararet.

3°. Sed referre hoc loco PLATONEM quae ipse non crediderit aut saltem neglexerit, id luce clarius demonstratur iis, quae aliis locis dixit. Cf. imprimis Epinom. 984 D sqq.:[1]) Θεοὺς μὲν δή, Δία τε καὶ Ἥραν καὶ τοὺς ἄλλους πάντας, ὅπῃ τις ἐθέλει, ταύτῃ κατὰ τὸν αὐτὸν τιθέσθω νόμον καὶ πάγιον ἐχέτω τοῦτον τὸν λόγον· θεοὺς δὲ δὴ τοὺς ὁρατούς, μεγίστους καὶ τιμιωτάτους καὶ ὀξύτατον ὁρῶντας πάντῃ, τοὺς πρώτους τὴν τῶν ἄστρων φύσιν λεκτέον καὶ ὅσα μετὰ τούτων αἰσθανόμεθα γεγονότα, μετὰ δὲ τούτους καὶ ὑπὸ τούτοις ἑξῆς δαίμονας, ἀέριον δὲ

---

1) Quid de Epinomide sentirem, supra exposui, cf. pag. 108 adn. 3.

γένος, ἔχον ἕδραν τρίτην καὶ μέσην, τῆς ἑρμηνείας αἴτιον, εὐχαῖς τιμᾶν μάλα χρεὼν χάριν τῆς εὐφήμου διαπορείας, qui locus a Timaei loco verbis non admodum dissidet, re cum eo magnopere concinit.

Quae omnia si perpendentur, vix dubium videbitur, quin per ironiam dicat TIMAEUS.[1])

Haec de priore quaestione. Iam venio ad alteram

---

1) Quae contra disputat WILLMANNUS o. l. pagg. 413, 414, nullo modo mihi probari possunt. Nam *primo* locum minus accurate, ne dicam male, Germanico sermone interpretatur: „Die andern Gottheiten zu besprechen und ihren Ursprung zu erkennen, ist eine grössere Aufgabe, als dass wir ihr gewachsen wären; wir müssen darin denen glauben (*πειστέον*), die vordem davon gelehrt haben und sich Abkömmlinge der Götter n e n n e n d u r f t e n (?), also von ihren Ahnen sichere Kenntnis besassen (*σαφῶς εἰδόσιν*) [*που* et *γε* mittuntur]. Es ist unstatthaft (?), der (?) Götter Söhnen Glauben zu verweigern, auch wenn ihre Lehren sich nicht auf Wahrscheinlichkeit und strenge Beweise berufen (?) (*καίπερ ἄ ν ε υ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν*), sondern wir müssen der gesetzhaften Überlieferung glauben (?) (*νόμῳ πειστέον*) und jenen vertrauen, da sie verkündeten, Botschaft aus ihrer Heimat zu bringen" (*ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν*). [Scriptum legitur: *ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν ἑ π ο μ έ ν ο υ ς τ ῷ ν ό μ ῳ π ι σ τ ε υ τ έ ο ν*]. Cui interpretationi alia inesse videtur vis atque ipsius PLATONIS verbis.

Deinde deos qui Tim. 27 D et 48 D invocantur (posteriore loco non sunt *dii*, sed *θεός*), eosdem esse atque eos qui 40 D enumerantur, nec demonstrat WILLMANNUS, nec demonstrare potest: itaque iniuria scribit: „Von den Göttern, deren Geleit er sich so anvertraut, heisst es nun in demselben Dialoge" sqq.

Denique quae de notionum quae sunt *λόγος* et *μῦθος* (*φήμη*) apud PLATONEM necessitudine scribit WILLMANNUS, haec quidem recta sunt, nec de iis non convenit mihi cum eo: quin etiam in universum melius WILLMANNUM puto intellegere et interpretari Platonicam theologiam, quam WEBERUM et ZELLERUM: sed haec omnia non video qui ad *hunc* locum quidquam pertineant: nempe non reiciuntur quae *παῖδες* hi *θεῶν* dixerunt, quod non sint *μῦθος* vel *φήμη*: quin temere iis credatur obstant cum aliae causae, tum etiam quod *ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων* dicta sunt.

Postremo ea quae hisce deorum filiorum narrationibus continentur congruere cum iis quae alibi dicit PLATO, nec hoc probare necesse videtur putare WILLMANNUS: nec si conatus esset, scio annon successisset.

illam, verbis τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν significeturne Orpheus. Gravissimam esse quaestionem hanc ad ea quae mihi proposui, perspicuum est. Nam cum et ironia uti TIMAEUM ostenderim et praeterea τοῖς εἰρηκόσιν hisce ἔμπροσθεν opus aliquod tribui a TIMAEO, sine dubio ipsius PLATONIS partes agente, vix negari possit, non video, quo modo cum iis quae huc usque de Orpheo disputaverim, congruere possit hic locus, si revera spectetur Orpheus; contra autem, si vere haec sunt disputata et ex iis concludere licet, de Orpheo sermonem esse Tim. 40 D, per se iam veri est dissimile. Quam ob rem accuratius inquirendum esse puto.

Ac primo quidem videamus, quaenam afferantur argumenta, cur ad Orpheum referendum esse locum putemus. Sunt autem duo potissimum: alterum sumitur ex locutionibus ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν — θεῶν παισίν, quae verba cum aliis locis quibus de Orpheo sit sermo apud PLATONEM, imprimis cum Republ. II. 364 E sqq., mirifice congruere aiunt; alterum a similitudine ducunt, quae inter Orphicam theogoniam et Timaei loci deorum enumerationem intercedat. [1])

Quod ad prius, nullum vero id quidem argumentum est. Nam licet iure vituperet WEBER STALLBAUMIUM quod interpretandi causa afferat tales locos, qualis est Phileb. 16 D: καὶ οἱ μὲν παλαιοί, κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν, cum ibi de deorum *filiis* omnino non agatur, [2]) in similem is incidit errorem, quem STALL-

1) Cf. WEBER, o. l. pag. 10 sqq.

2) o. l. pag. 10: „Stallbaum verwässert, indem er einige Stellen zitiert,

BAUMIO vitio dat explicationis gratia huc referens quae plane sunt diversa: Rep. II 364 E sqq. *alii* Orpheum et Musaeum Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνους dicunt;[1]) Tim. 40 D οἱ εἰρηκότες ἔμπροσθεν *ipsi* se deorum progeniem esse profitentur; praeterea Rep. II 364 E Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἔγγονοι dicuntur Orpheus et Musaeus, Tim. 40 D οἱ εἰρηκότες ἔμπροσθεν generali nomine θεῶν ἐκγόνους se appellaverunt: θεοὶ autem hi qui fuerint, non facile diiudicetur licet, certe Lunam et Musas in eorum numero relatas fuisse ab auctore, minus est veri simile.[2]) Quae discrepantiae non nihili sunt putandae.[3])

Cum porro id quod addit WEBER, de nullius poëtae origine divina nisi Orphei et Musaei mentionem fieri

---

in denen die Ausdrücke *οἱ παλαιοὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες* oder *ἐγγὺς θεῶν γεγονέναι* u. a. augenscheinlich erweisen sollen, *ἔκγονοι θεῶν* sei in seiner Bedeutung hier ähnlich dem *παλαιός* oder *ἐγγὺς θεῶν*."

1) Id quod supra satis probasse mihi videor: cf. pagg. 165 sqq. Iniuria SUSEMIHL o. l. pag. XVII rem in medio relinquit: „nihilominus breviarium posterioris partis genuinae Orphicorum Theogoniae his verbis contineri, in qua matrem a personato Orpheo sibi vindicatam esse Calliopen Musam apparet ex eiusdem Platonis haud minus ironice dictis Rep. II. 364 E. *βύβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι*, si *φασι* verbi subiectum sunt *Μουσαῖος καὶ Ὀρφεύς*: sin vero talis est enuntiati structura, ut sententia sit: „qui libri, ut isti homines dicunt, Musaei et Orphei opera sunt filiorum Lunae et Musarum," tamen" sqq.

2) Inter hos deos Lunam fuisse idcirca iam non est verisimile, quod haec ad *θεοὺς ὁρατούς* pertinet, enumerantur autem hic *θεοὶ ἀόρατοι*; *praeterea* si de *solo* Orpheo revera agitur, non facile explicatur numerus pluralis: *ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν*; nam Orphei mater quidem dea habebatur, patrem vero omnes fere Oeagrum fuisse tradunt, etiam PINDARUS: cf. GRUPPE apud ROSCHER i. v. Orpheus, coll. 1073, 1074; *denique* notandum est, nec Lunam, nec Musas in TIMAEI catalogo inveniri.

3) Accedit, quod Rep. II 364 E sqq. de libris sacrificalibus agitur, Tim. 40 D de theogonia sermo est. Praeterea cum Rep. II 364 E Orpheus et Musaeus commemorentur, ipsi WEBERO cum ZELLERO convenit, Tim. 40 D Musaeum non spectari [cf. praeterea KERN, De Orph. Epim. Pherec. theog. pag. 42]: solum Orpheum significari, uter que putat.

in Platonis operibus, omnino nihil hic ad rem pertineat, cum non de uno alterove poëta, sed de poëtis generaliter dictis sermo sit, in quos Timaei verba optime quadrent,[1]) non video, qui priore hoc argumento quicquam probari possit.

Iam veniamus ad alterum. Non integram hic exhiberi Orphicam theogoniam, ab ipsis iis qui ad Orpheum referunt locum, conceditur:[2]) quod contra in alia, de qua noverimus, theogonia ipsa haec deorum enumeratio non invenitur, haec non est causa, cur de Orphica theogonia agi putemus.

Itaque argumentis hisce perpensis Weberi itemque Schusteri, Zelleri, aliorum hypothesin mera coniectura niti apparet, ultra quam progredi non possunt: fieri potest, ut verbis *θεῶν ἐκγόνοις* Orpheus spectetur, sed aequo iure ad alios referuntur haec verba. Aequo? Immo multo maiore. Nam Schusteri coniecturae, cui perpauca — ne dicam nihil — favere vidimus, multa obstant eaque gravissima.

Obstat *primo* pluralis numerus, quo utitur Timaeus: *τοῖς εἰρηκόσιν* — *ἐκγόνοις* . . . *θεῶν οὖσιν* — *ἔφασαν* — *εἰδόσιν* — *θεῶν παισὶν* — *λέγουσιν* — *φασκόντων* — *κατ' ἐκείνους*; qui adeo frequens est hoc loco, ut mirum sane videatur, tam parum viros doctos etiam

---

1) Vide infra, pagg. 196 sqq.

2) Cf. Weber o. l. pag. 11: „Mag die im Tim. p. 40 DE gegebene Genealogie Anklänge an die hesiodeische zeigen, mag sie die orphische nicht lückenlos geben, — die Nyx der orphischen Lehre ist hier überhaupt nicht, unter der letzten Göttergeneration ist Dionysos, „dem orphischer Glaube einen grossen Vorrang einräumte" (Rohde, Psyche 414 A.), nicht besonders genannt," sqq.; . . ibid.: „eine lückenlose Wiedergabe der orphischen Theogonie war gar nicht Platons Absicht;" sqq.; vide praeterea Susemihl, De Theog. Orph. form. antiq. pag. XVII.

post rectam KERNII admonitionem [1]) eum curasse: nam quod aiunt, hunc, quem statuunt, pluralis pro singulari usum a PLATONIS sermone non abhorrere, [2]) id vix mihi probari posse videtur: quibus quidem pro argumento utitur locis SUSEMIHL, hi omnino alius sunt generis; [3]) alius autem locus quo de uno Orpheo — ad

---

1) o. l. pag. 42.

2) SUSEMIHL o. l. pag. XVIII: „Porro unius tantum personati poetae theogonicam doctrinam in illo Timaei loco proferri patet. Quis enim credet a pluribus plane eandem esse propositam? mirum autem profecto argumentum est Kernii contendentis „de uno cogitari non debere, cum plurative dicantur *ἔκγονοι θεῶν*." Nonne scit saepissime a Graecis pluralem adhiberi, ubi de uno dumtaxat sermo sit, tum praesertim, ut de locutione *οἱ περί τινα* taceam, cum pro definito eius nomine, quo eum significare nolint, circuitione quadam utantur? Ut unum exemplum afferam, nonne Isocrates in oratione tertia decima pro Antisthene dicit *τοὺς περὶ τὰς ἔριδας διατρίβοντας*, pro Alcidamante *τοὺς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένους*? Nonne nos quoque, ubi dicimus „gewisse Leute" vel simile quid, saepe unum tantum volumus carpere?"

WEBER o. l. pag. 11: „den Plural bei einer Person erklären viele Analogien aus Plato"; in annotationibus (adn. 21) haec affert: „z. B. Gorg. 510 B, Lysis 214 A, wo Worte des Homer aus Od. ρ 218 zit. w. mit: *οἱ παλαιοὶ καὶ σοφοί* und *οἱ ποιηταί*;" ad quos locos recurrit WEBER pag. 39.

3) Eorum quos ex ISOCRATIS oratione tertia decima, quae: *κατὰ τῶν σοφιστῶν* inscribitur, affert SUSEMIHL locorum multo latius patet ratio: verba *τῶν περὶ τὰς ἔριδας διατριβόντων* si ad Antisthenem referenda sint, non hunc *solum* significare, sed sonare: *Antisthenis eiusque similium*, manifestum est. Quod idem dicendum videtur de altera locutione, quae § 9 invenitur: *τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις*, i. e. *Alcidamanti eiusque similium.*

Nec quae ex lingua Germanica promit SUSEMIHL, huc pertinent: plane alia est ratio horum verborum atque Graecorum, quibus utitur TIMAEUS: *κατ' ἐκείνους*: aliquomodo consentirent, si scriptum legeretur *κατὰ τοὺς τοιούτους*: nunc omnino diversa sunt.

Quod ad ea quae WEBER affert, hacc minus etiam valent. Nam ipsa PLATONIS verba cur pluralis usurpetur explanant: in proverbii consuetudinem venerat sententia: non apud solum HOMERUM legebatur: complures auctores eius mentionem faciunt: cf. AMEIS-HENTZE, Anh. zu Homers Odyss. III. lib. XIII—XVIII, pag. 113 (ad ρ 218); BÜCHMANN, Geflügelte Worte [11], pagg. 255, 256; licet non semper eadam sententiae forma sit, ut scribit AMEIS l.l.: „Dies Sprichwort ist häufig von den Alten teils wörtlich citiert, teils dem Sinne nach angewendet". Itaque neque iniuria PLATO ad plures

unum enim Orpheum Timaei verba referunt — pluralis numerus adhibeatur, mihi saltem non est notus: Rep. II 364 E sqq. pluralis quidem occurrit, sed ibi de Orpheo et Musaeo sermo est; Cratyl. autem 402 B, quem locum ad eandem Theogoniam pertinere dicunt, prorsus alio modo grassatur PLATO, non solum singulari numero usus, sed etiam nomine afferens Orpheum: *λέγει δέ που καὶ* 'Ορφεύς, eandemque rationem sequitur Phileb. 66 C sqq. Ad haec autem accedit quod de vulgari ac communi opinione, non de *unius* doctrina agi, satis clare indicatur verbis quae sunt: *καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν*.

Obstat *deinde* quod in omni hac deorum enumeratione vix invenitur ulla res, quae Orphicae theogoniae sit propria quave ab aliis theogoniis haec internoscatur; quod obicit ZELLER,[1]) post Terram et

refert auctores sententiam et plurali numero utitur aut verbis latius patentibus; nec non semper iisdem verbis eam commemorare PLATONEM mirum videbitur. Cf. STALLB. ad Gorg. 510 B.

Utique iis quae affert WEBER non refutari mihi videntur quae eius pluralis numeri interpretationi obstare dixi.

1) ZELLER, Ph. d. Gr. I 1⁵, pag. 89 (adn. 6): „dagegen ist gerade das, worin diese Genealogie von der Hesiod's und allen andern abweicht, die Einschiebung von Okeanos und Tethys zwischen Uranos und Kronos, durch Krat. 402 B in den Versen: '*Ωκεανὸς πρῶτος καλλίρροος ἦρξε γάμοιο, ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν* als orphisch bezeugt", sqq. Cf. praeterea GRUPPE, C. u. M. pag. 619: „Hier zeigt sich die Ähnlichkeit unserer Theogonie mit der orphischen des Plato recht deutlich: in der ganzen griechischen Litteratur werden nur noch in dieser Kronos und die Titanen zu Kindern des Okeanos gemacht."

Haec autem posteriora quae affert GRUPPIUS specie tantum a mea sententia (de qua vide supra) abhorrent, reapse omnino non obstant. Nempe quod ZELLER unius Orphicae theogoniae proprium esse dixerat — Kronum Titanesque Oceani filios fuisse —, eam ipsam iam fuisse sententiam eius, qui Iliadis libri XIV vss. 152—352 fecit, GRUPPIUS o. l. ostendit.

Denique aliud discrimen addit SUSEMIHL o. l. pag. XX, adn. 139: „Cur

Caelum interponi hic a TIMAEO Oceanum et Tethyn, idque in sola Orphica theogonia fieri, etiamsi verum sit, [1]) omnino hac re non infirmantur aut tolluntur ea

---

enim Plato peculiariter commemoravit Phorcum, nisi quia in huius persona et in loco Oceano Tethyique assignato discrimen inest huius theogoniae et vulgatae Hesiodeae? Vix alia excogitari potest causa." Sed vix aliam huiusce rei excogitari posse causam, haud scio annon recte contendat SUSEMIHL (vide infra): itaque in Phorci persona discrimen inesse Orphicae theogoniae et Hesiodeae, omnino constare non videtur.

1) Scilicet ZELLER ut sententiam suam probet revocat ad Orphicae theogoniae versus Crat. 402 B allatos: qui versus annon cum Timaei loci argumento conveniant, sunt qui dubitent: vide KERN o. l. pagg. 42 sqq.; diversam defendunt sententiam alii: GRUPPE, C. u. M. pag. 615; SUSEMIHL o. l. pag. XIX; ZELLER o. l. pag. 89 (adn. 6); GRUPPE apud ROSCHER i. v. Orpheus, col. 1122. Quid de versibus hisce sentiam, fusius postea erit exponendum. Utique iniuria GRUPPE C. u. M. pag. 615 contendere videtur, Cratyl. 402 hoc PLATONI propositum esse ut demonstret, apud veteres poëtas Oceanum initium duxisse [„Fassen wir z. B. mit Giseke die Worte als nicht aus einer Theogonie, sondern aus einem anderen Werke stammend, welches bei einer beliebigen Stelle und nicht von Urbeginn anfieng, so fällt allerdings der scheinbare Widerspruch ἦρξε γάμοιο und ὁμομήτορα fort, sehr unpassend aber verläuft dann die Rede des Sokrates, welcher ja grade beweisen will, dass bei den alten Dichtern Okeanos am Anfang stand: δοκεῖ.... τείνει. Offenbar würde jede Erklärung, welche von der Annahme ausgeht, dass Okeanos nicht am Anfang stand, dem Plato die Geschmacklosigkeit zutrauen, dass er nicht nur einen herausgerissenen einzelnen Vers in einem Sinn gebraucht, den er in seinem Zusammenhang nicht hat — denn dergleichen kommt auch bei Plato vor —, sondern dass er einem Vers eine Bedeutung unterlegt, die er weder in seinem richtigen Zusammenhang noch für sich betrachtet haben kann, und dass er dem Leser überlässt, sich einen Zusammenhang auszuklügeln, in dem er den gewünschten Sinn ergeben haben könnte. Mit einer solchen Möglichkeit aber brauchen wir nicht zu rechnen."]: hanc fuisse PLATONIS sententiam, omnino mihi non est persuasum. Nam *primo* si revera Oceanus initium ducit, omnis inter hunc locum et Timaei — quem tamen ad eandem theogoniam refert GRUPPIUS — tolli videtur: Oceanus si primus fuit, parum intellegitur, qui duo [ZELLER l. l.: 1) Nyx; 2) Uranos; 3) Okeanos;] vel etiam plures [GRUPPE apud ROSCHER col. 1121: Nacht — Ei (Eros) — Gaia und Uranos — Okeanos und Tethys] eum antecessisse potuerint: quae ad difficultatem tollendam affert GRUPPE pag. 616, haec satis torta mihi videntur: *primum esse* et *primum matrimonium inire* non idem sonat: itaque GRUPPII interpretatio huc redit, ut non primum fuisse Oceanum dicendum sit.

quae obstare diximus: praeterea alio modo facile haec interpolatio explicatur, id quod infra ostendam.

Sed quamquam omnino non refragabor, si quis Crat. 402 cum Tim. 40 non congruere ostendat, cum posteriorem locum ad Orpheum referendum esse negem, alia tamen sunt, quae me movent ut male intellexisse GRUPPIUM PLATONIS sententiam arbitrer.

Etenim si veteres auctores Oceanum primum omnium posuisse significare voluisset PLATO, eos tantum attulisset, qui eiusmodi quid significarent, nec alios addidisset: ita tamen satis inepte egisset, cum tota disputatio sit non de Oceano, sed de Rhea et Krono: 401 E: *μετὰ δ' Ἑστίαν δίκαιον Ῥέαν καὶ Κρόνον ἐπισκέψασθαι*. Sed longe secus facit: nempe ex iis quos commemorat solus HOMERUS primo loco Oceanum posuisse dici potest: *ὥσπερ αὖ Ὅμηρος Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσίν φησιν καὶ μητέρα Τηθύν*; inter ceteros HERACLITUS de diis omnino non dicit: *Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὅτι δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης*, is qui Rheae et Krono nomen imposuit, hos reliquorum deorum parentes dicere videtur: *δοκεῖ σοι ἀλλοιότερον Ἡρακλείτου νοεῖν ὁ τιθέμενος τοῖς τῶν ἄλλων θεῶν προγόνοις Ῥέαν τε καὶ Κρόνον*; denique ORPHEUS primum Oceanum matrimonium contraxisse significat: solus HESIODUS cum HOMERO concinere dicitur a SOCRATE, sed is dubitantius quidem: *οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος* [nec notum est eiusmodi quid in carmine Hesiodeo; cf. STALLB. a. l.]. Tantum igitur abest, ut omnes hi Oceanum primum posuisse significentur, ut unum HOMERUM tale quid dixisse pro certo affirmetur; quin etiam ipsum HOMERUM alius rei causa afferri quam ut Oceanum primum posuisse eum ostendatur, apparet ex iis quae SOCRATES dicit 402 A: *Τὸν Ἡράκλειτόν μοι δοκῶ καθορᾶν παλαί' ἄττα σοφὰ λέγοντα, ἀτεχνῶς τὰ ἐπὶ Κρόνου καὶ Ῥέας, ἃ καὶ Ὅμηρος ἔλεγεν.*

Nihilominus haec omnia inter se concinere dicuntur: *ταῦτ' οὖν σκόπει ὅτι καὶ ἀλλήλοις συμφωνεῖ καὶ πρὸς τὰ τοῦ Ἡρακλείτου πάντα τείνει.*

Quae est igitur ista inter tam discrepantia consensio? Ipse PLATO significat: *Τί οὖν; δοκεῖ σοι ἀλλοιότερον Ἡρακλείτου νοεῖν ὁ τιθέμενος τοῖς τῶν ἄλλων θεῶν προγόνοις Ῥέαν τε καὶ Κρόνον; ἆρα οἴει ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου αὐτὸν ἀμφοτέροις ῥευμάτων ὀνόματα θέσθαι; ὥσπερ αὖ Ὅμηρος Ὠκεανόν τε θεῶν κ.τ.λ. . . ., οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος. λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς κ.τ.λ.*

En, iam habes quid sibi velit PLATO: Rheae nomen a verbo *ῥεῖν* ductum esse putat: itaque eum qui nomen hoc et Kroni — quod idem cum humido cohaeret (cf. ROSCHER o. l. II, 1, col. 1471 sqq.) — dedit, cum HERACLITO confert: huius, inquit, nota illa sententia: *πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει*, vetusta quaedam sapientia continentur, ad Kroni et Rheae aetatem pertinentia, quae eadem iam dixit HOMERUS: quocum ceteri qui enumerantur, consentiant: quorum omnium hoc est commune, ut in rerum origine ac natura plurimum valere putent *τὸ ῥέον*, fluidum, aquam; ut *τὸ ῥεῖν* iis quasi sit principium et origo rerum omnium.

Alia sunt eaque graviora quae obstant. Etenim quae erat causa PLATONI, cur Orphicam theogoniam hic com-

---

Hoc HERACLITUS philosophe disertis verbis dixit: *Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης*; hoc in animo habuit (*νοεῖν*) is qui reliquorum deorum parentibus imposuit nomina Rheam et Cronum: neque enim temere utrique fluxionum nomina iadidit; hoc HOMERUS significat, Oceanum deorum patrem dicens et matrem Tethyn; hoc denique Orphicum illud carmen *μυθικῶς* notavit, fluvios primum matrimonium contraxisse dicens, itaque fluvios veram ceterorum omnium originem faciens.

Ipsa igitur quae omnes hi viri exhibent stemmata, omnino non sunt similia alterum alteri: communis tantum eorum est vis, quam fluido, *τῷ ῥέοντι*, tribuunt: utrum Kronum, an Rheam, an Oceanum *ῥέον* hoc nominent, nihil ad rem: verbis inter se discrepant, re consentiunt.

Ita omnia fiunt perspicua: hac ratione demum intellegitur cur Oceani mentionem faciat SOCRATES, licet non de Oceani, sed de Kroni et Rheae nominibus enodandis agatur: affert Oceanum, non quo sit Oceanus, sed quod flumen est.

Hanc autem loci interpretationem veram esse, iis quae alibi dicit PLATO confirmatur: Theaet. 152 D sqq.: *Ἐγὼ ἐρῶ*, SOCRATES inquit, *καὶ μάλ' οὐ φαῦλον λόγον· ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι, ἀλλ', ἐὰν ὡς μέγα προσαγορεύῃς, καὶ σμικρὸν φανεῖται, καὶ ἐὰν βαρύ, κοῦφον, ξύμπαντά τε οὕτως, ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνὸς μήτε τινὸς μήτε ὁποιουοῦν· ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα ἃ δή φαμεν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδέν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου συμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος, ὃς εἰπών.*

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν

πάντα εἴρηκεν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως κ.τ.λ. Theaet. 160 D: *καὶ εἰς ταὐτὸν συμπέπτωκεν, κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦταν φῦλον οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα, κ.τ.λ.* (cf. 179 E: *καὶ γάρ, ὦ Σώκρατες, περὶ τούτων τῶν Ἡρακλειτείων ἤ, ὥσπερ σὺ λέγεις, Ὁμηρείων καὶ ἔτι παλαιοτέρων*); denique Theaet. 180 C sqq.: *τό γε δὴ πρόβλημα ἄλλο τι παρειλήφαμεν παρὰ μὲν τῶν ἀρχαίων μετὰ ποιήσεως ἐπικρυπτομένων τοὺς πολλούς, ὡς ἡ γένεσις τῶν ἄλλων πάντων Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ῥεύματα τυγχάνει καὶ οὐδὲν ἕστηκε, κ.τ.λ.*

Cur haec omnia dixerim? Ea me movit causa, ut ostenderem, male interpretatum esse GRUPPIUM PLATONIS sententiam Cratyl. 402 B, ad Orphicos autem versus ibi allatos intellegendos vix quicquam valere loci contextum, versusque hos ipsos per se interpretandos esse.

memoraret? Si prudentia vel metu ductus scripsit quae scribit, ecquid erat, cur Orphicam theogoniam revereretur nisi ipsius animus? Numne haec publice erat sancta et recepta? Numne dei de quibus in hac theogonia erat sermo, ab urbe erant statuti? Sin vero — quam sententiam superioribus paginis probare conatus sum — per ironiam loquitur TIMAEUS et meram talem deorum enumerationem ludibrio habet, numne PLATONIS fuerat urbanitatis, TIMAEUM, hominem Pythagoreum, Orphicorum, quibuscum summa illis esset coniunctio, doctrinas facere irridentem? Num quae alia excogitari potest causa?

Θεοῖς suis *ὁρατοῖς* — corpora caelestia dico — opponit TIMAEUS ceteros, i. e. vulgares deos. Numne Orphicae theogoniae dii erant dii vulgares? Longe secus est. [1]) Vulgaris genealogia HESIODI continebatur operibus et HOMERI, Orphicis theogoniis non continebatur: itaque SOCRATES, Cratyl. 396 C, quo loco communem spectat genealogiam, plura etiam additurum se fuisse dicit, si memoria teneret HESIODI enumerationem generis, quos praeterea iis qui iam commemorati essent, maiores dixisset parentes: *εἰ δ' ἐμεμνήμην τὴν Ἡσιόδου γενεαλογίαν, τίνας ἔτι τοὺς ἀνωτέρω προγόνους λέγει τούτων, οὐκ ἂν ἐπαυόμην διεξιών, ὡς ὀρθῶς αὐτοῖς τὰ ὀνόματα κεῖται, κ. τ. λ.*

Quae si ita sunt, nullam video causam, cur Orphicam Theogoniam hic commemoraret PLATO, mul-

---

1] Cf. MAXIMILIAN MAYER apud ROSCHER i. v. Kronos, col. 1456: quod ad quandam de Krono doctrinam: „So wollte es das geläuterte, dem Volksglauben abholde religiöse Bedürfnis jener [orphischen] Kreise .... Hätte diese Lehre in weiteren Kreisen Geltung gewonnen, so würde es dem Sokrates bei *Platon* nicht möglich sein mit dem hesiodisch-homerischen lienzwist zu polemischen Zwecken zu operieren."

tas causas, cur de ea taceret: hoc autem argumentum si additur iis quae supra iam attulimus, satis mihi probasse videor Tim. 40 D verbis *τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν* Orpheum non significari.

Quinam igitur sunt auctores illi, deorum filii? Musaeum non dici, ZELLERUS demonstravit: nos, KERNIO assentientes, ostendere conati sumus, non agi de Orpheo. Quinam igitur sunt? Ipsius PLATONIS scripta id indicare mihi videntur: Rep. II 365 E ADIMANTUS deos non nosci dicit nisi e sermonibus stirpemque enumerantibus poëtis: *εἰ δὲ εἰσί τε καὶ ἐπιμελοῦνται* [dii], *οὐκ ἄλλοθέν τοι αὐτοὺς ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν ἢ ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν.* In horum numero referri HOMERUM, manifestum est ex iis quae sequuntur: *οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσιν, ὡς εἰσὶν οἷοι θυσίαις τε καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσι καὶ ἀναθήμασι παράγεσθαι ἀναπειθόμενοι,* quae verba procul dubio ad Homericos illos versus spectant, pag. 364 D sqq. allatos; [1]) HESIODUM ad eos pertinere, ex Cratyli loco 396 C apparet. [2])

Inter utrumque locum mira similitudo intercedit: uterque de vulgaribus dis agit; neuter despicientia

---

1) *οἱ δὲ τῆς τῶν θεῶν ὑπ' ἀνθρώπων παραγωγῆς τὸν Ὅμηρον μαρτύρονται, ὅτι καὶ ἐκεῖνος εἶπε*

λιστοὶ δέ [στρεπτοί] τε καὶ θεοὶ αὐτοί,
καὶ τοὺς μὲν θυσίαισι καὶ εὐχωλαῖς ἀγαναῖσιν
λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Leguntur verba Iliad. IX, 493 sqq.

2) Vide supra. Orpheum spectari ideo iam veri dissimile est, quod postea is significari videtur: 366 B. Cf. supra, pagg. 175 sqq.

vacat; in utroque haec est quaestio, unde dii noscantur: quam quaestionem Reipublicae locum ponere, [1]) Timaeum profligare paene dixi. Itaque ex his facile conicitur, quod ipsum per se iam est probabile: *τοὺς εἰρηκότας ἔμπροσθεν* quos TIMAEUS affert, eosdem esse ac *γενεαλογήσαντας* illos poëtas de quibus ADIMANTUS agit: Hesiodum imprimis et Homerum, in universum autem vulgares theogoniae auctores. [2])

Hac demum ratione intellegitur Timaei genealogia: in qua varia sunt mixta inter se et contaminata. [3]) Vulgarem ordinem sequitur PLATO Cratyl. 396: Uranos — Kronos — Zeus, [4]) eundem exhibet HESIODUS. HOMERUS vero notissimo illo versu, ad quem saepius alludit PLATO, Oceanum deorum fecit originem. [5]) Hic PLATO utriusque genealogiam in

---

1) ADIMANTUM hic loqui, non SOCRATEM, ideo non ad rem, quod de vulgari agitur sententia; quam eandem spectat Timaeus: ADIMANTUS: vulgares dii, inquit, noti sunt imprimis *ἐκ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν*, TIMAEUS: dii vulgares noti sunt *ἐκ τῶν εἰρηκότων ἔμπροσθεν*: hic *τοὺς γενεαλογήσαντας ποιητάς* et *τοὺς εἰρηκότας ἔμπροσθεν* eosdem esse, facile conicitur.

2) Non alia est GROTII sententia o. l. pag. 189 adn. g: „That which Plato here enjoins to be believed is the genealogy of Hesiod and other poets, though he does not expressly name the poets." sqq.; pag. 259: „The question here is, about the Gods of tradition and of the popular faith: with the paternity and filiation ascribed to them, by Hesiod and the other poets, from whom Greeks of the fifth and fourth centuries B. C. learnt their Theogony."

3) Cf. WELCKER, Griechische Götterl. I, pagg. 292 sqq.: „Platon im Timäus führt den Ursprung von Okeanos und Tethys auf Himmel und Erde zurück, von denen dann Kronos und Rhea nebst Phorkys abstammen (p. 40 e), eine Vereinbarung beider Systeme die man von ihm der Anführung gewürdigt zu sehen sich wundert."

4) 396 B: *τοῦτον* [*τὸν Δία*] *δὲ Κρόνου υἱὸν εἶναι .... ἔστι δὲ οὗτος Οὐρανοῦ υἱός, ὡς λόγος· κ.τ.λ.*

5) Utique haec genealogia vix cum cetera HOMERI theogoniae ratione congruit: cf. WELCKER l. l. Ceterum cf. NÄGELSBACH, Hom. Theol.[3], pag. 79 et adn. 46 (pagg. 395, 396).

unam coniungens, Oceanum inter Uranum et Kronum interponit: Uranos — Oceanos — Kronos — Zeus. [1])

Hac ratione intellegitur frequens ille pluralis numeri usus; intellegitur, cur non una genealogia integra referatur; intellegitur denique loci ironia: eadem est ironia et despicientia, qua identidem utitur PLATO in vulgares illos poëtas, quibus mythi antiquitus accepti nihil essent nisi merae narratiunculae, interiore sua vi ac sententia privatae, [2]) qui deorum genera recenserent tamquam hominum essent genera. [3])

Haec omnia quominus ad Orphicam theogoniam locum illum referamus, obstant, [4]) ut vulgares poëtas spectari opinemur, suadent; cui sententiae denique non parum auctoritatis additur Epinomidis illo loco supra laudato, qui, magnopere cum Timaei loco congruens, procul dubio non ad Orphicam, sed ad vulgarem theologiam referendus est. [5])

Restat id unum, ut de verbis illis: ἐκγόνοις θεῶν

---

1) Fortasse HESIODI auctoritati etiam tribuendum est quod Gaeam ante Uranum ponit PLATO: Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην: nempe HESIODUS Uranum Gaea natum facit.

2) Simul ex his quoque sequitur, Orphicorum theogoniam non respici, cum hi semper interiorem mythorum sententiam quaererent et spectarent: cf. GRUPPE, C. u. M. pag. 641: „Ebenso wie die früher besprochenen älteren Theogonien versuchen es diese jüngeren in der Form des Mythos Gedanken über Entstehen und Vergehen des Weltalls niederzulegen."

3) Optime praeterea in Hesiodum cadunt illa: καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν.

4) Adde quod illud ἑπομένους τῷ νόμῳ de vulgari theologia recte dicitur, in Orphicam theogoniam vix quadrat. Ceterum de his verbis cf. GROTE o. l. pag. 258 adn. 1.

5) Cf. supra, pag. 182.

agam. [1]) Iurene haec de Hesiodo eiusque similibus dicuntur? Negavit Zellerus. [2]) Contra rogare possum, numne maiore iure ad Orpheum referantur: ea quidem quae de hac re scribit Susemihl [3]), mera nituntur coniectura, cum Rep. II 364 E aliam occurrere loci rationem nec ibi φασι verbi subiectum esse Musaeum et Orpheum fusius supra sit probatum. Praeterea

---

1) Haud scio utrum ea quae scribit Grote o. l. pag. 260: „Among the Gods said to be descended from Uranus and Gaea, were all those to whom public worship was paid in Greece, — to whom the genealogies of the heroic and sacred families were traced, sqq.", ad verba haec spectent, necne. Utique ad Hesiodum eiusque similes Grote locum refert.

2) Ph. d. Gr. I[5], pag. 89 (adn. 6): „.... Tim. 40 D f., wo mit den Dichtern, die sich selbst für Söhne von Göttern ausgeben, überhaupt nicht Hesiod, von dem diess nicht erzählt wird, sondern nur die Rep. II, 364 E genannten, Orpheus und Musäus, gemeint sein können; im vorliegenden Fall aber nur jener, denn was bei Mus. von einer Verbindung des Okeanos mit der Gäa stand, aus der Triptolemus hervorgegangen sei (Paus. I, 14, 3), passt (wie auch Kern a. a. O. 42 einräumt) zu der Genealogie des Timäus nicht im geringsten, dagegen ist" sqq.

Utique satis mira est haec Zelleri ratiocinatio: nam prius Rep. 364 E probari dicit, ad Orpheum et Musaeum referendum esse Tim. 40 D: deinde vero aliunde ostendit, de Musaeo sermonem esse non posse hoc loco: sequitur mea quidem opinione, ut nec quod ad Orpheum quicquam demonstret Rep. II 364 E: nam si, quod Musaeus et Orpheus Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἔγγονοι dicuntur, testimonio est, eosdem indicari Tim. 40 D verbis ἐκγόνοις θεῶν, constat autem de Musaeo hoc loco sermonem non esse, nec quod ad Orpheum quicquam effici potest ex illo loco: aut ad utrumque aut ad neutrum pertinet.

3) o. l. pagg. XVII sqq.: „sin vero [Rep. II. 364 E] talis est enuntiati structura, ut sententia sit: „qui libri, ut isti homines dicunt, Musaei et Orphei opera sunt filiorum Lunae et Musarum", tamen certe personatus Orpheus in eis versibus, quibus carmen suum theogonicum personato Musaeo dedicat, hunc appellat Lunae filium, quapropter ut suam ipsius quoque divinam originem in eodem carmine praedicaverit verisimillimum saltem est." Meram hanc esse coniecturam, quis non videt? Quod versibus non nimis antiquis, ut videtur, hac quidem forma, Orpheus Musaeum Lunae filium dixit, numne haec est causa, cur idem non dico Musaeum, sed se ipsum deorum filium appellaret? Praeterea rogatur annon Orpheus deorum filius recte dicatur, cum patrem eius Oeagrum fuisse omnes fere consentiant. Vide pag. 185, adn. 1; pag. 198, adn. 2.

notandum videtur, latius patere verba quae usurpat Timaeus: non nominatim dii quorum ἔκγονοι sunt auctores illi, afferuntur, ut Rep. II 364 Musaeus et Orpheus Musarum et Lunae filii appellantur: generatim dicit Timaeus: ἐκγόνοις μὲν θ ε ῶ ν οὖσιν — θ ε ῶ ν παισίν. [1])

Utrumque hoc si memoria tenetur, aeque bene — ne dicam multo melius — de Hesiodo et communiter de vulgaris theogoniae poëtis dici haec posse statuendum videtur ac de Orpheo. Nam si — quae est nostra sententia — verbi ἔφασαν subiectum sunt ipsi illi εἰρηκότες ἔμπροσθεν, nonne Hesiodus Theogon. vers. 94 sqq.:

ἐκ γὰρ Μουσάων, inquit, καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί? [2])

Quae verba [3]) si cum Timaei illis ἐκγόνοις μὲν θεῶν

---

1) Id quod annotandum est. Omnino non apparet, ipsos illos poëtas ad *certos* quosdam deos genus suum duxisse: generatim a diis oriundos esse se dixerunt: (ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν); ex quo Timaeus (Plato) efficit, deos eorum προγόνους esse, quos notos esse iis hanc ob rem verisimile sit (τούς γε αὐτῶν προγόνους . . — ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν).

2) Minus accurate Peppmüller in theogoniae interpretatione Germanica (Hesiodos. Halle. 1896), pag. 104:

„Denn durch der Musen Geschenk und den Fernhintreffer Apollon
Werden zu Lautenspielern die Menschen und Sängern auf Erden."

Ceterum ex Hesiodo versus transierunt in hymnum Homericum XXIV, Εἰς Μούσας καὶ Ἀπόλλωνα, vss. 2, 3. Cf. Gemoll, Die Homerischen Hymnen, pagg. 345, 346.

3) Accedit quod Hesiodus deorum suam notitiam a Musis, i. e. ab ipsis diis accepisse se significat:
cf. Theog. vss. 22, 23 (ed. Goettling-Flach):

αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο ζαθέοιο,

qui versus cum iis qui antecedunt comparandi sunt; praeterea vss. 29 sqq.:

Ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι·
καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον

οὖσιν conferuntur, nonne mira apparet similitudo? Sin vero — id quod veri videtur dissimilius — *alii* auctores hos θεῶν ἐκγόνους nominaverunt, nonne ipse PLATO Legg. 817 D appellari poëtas quosdam facit his verbis: ὦ παῖδες μαλακῶν Μουσῶν ἔκγονοι? [1]) Videas, quo iure Orpheo vindicent cognomen illud, ab Hesiodo abiudicent. [2])

δρέψασαι, θηητόν· ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδήν
θέσπιν, ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.
καί με κέλονθ' ὑμνεῖν μακάρων γένος αἰὲν ἐόντων,
σφᾶς δ' αὐτὰς πρῶτόν τε καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν.

vss. 104 sqq.:

Χαίρετε, τέκνα Διός, δότε δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.
κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων,
οἳ γῆς ἐξεγένοντο καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
νυκτός τε δνοφερῆς, οὓς θ' ἁλμυρὸς ἔτρεφε πόντος.
εἴπατε δ', ὡς ταπρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο, sqq.

vss. 114 sqq.:

ταῦτά μοι ἔσπετε Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι
ἐξ ἀρχῆς, καὶ εἴπαθ' ὅ τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν.

denique vss. 1021, 1022.

In universam Hesiodeae Theogoniae rationem optime mihi videtur cadere Timaei locus: omnis deorum origo et genus ab HESIODO ita enarrantur, quasi ipse adsuisset.

1) νῦν οὖν, ὦ παῖδες μαλακῶν Μουσῶν ἔκγονοι, ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι πρῶτον τὰς ὑμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ᾠδάς, ἂν μὲν τὰ αὐτά γε ἢ καὶ βελτίω τὰ παρ' ὑμῶν φαίνηται λεγόμενα, δώσομεν ὑμῖν χορόν, εἰ δὲ μή, ὦ φίλοι, οὐκ ἄν ποτε δυναίμεθα κ.τ.λ. Dicuntur haec poëtis tragicis (cf. 817 A: τῶν δὲ σπουδαίων, ὥς φασι, τῶν περὶ τραγῳδίαν ἡμῖν ποιητῶν, ἐάν ποτέ τινες αὐτῶν ἡμᾶς ἐλθόντες ἐπανερωτήσωσιν οὑτωσί πως· ὦ ξένοι, πότερον φοιτῶμεν ὑμῖν εἰς τὴν πόλιν τε καὶ χώραν ἢ μή, καὶ τὴν ποίησιν φέρωμέν τε καὶ ἄγωμεν, ἢ πῶς ὑμῖν δέδοκται περὶ τὰ τοιαῦτα δρᾶν; τί οὖν πρὸς ταῦτα ὀρθῶς ἀποκριναίμεθα τοῖς θείοις ἀνδράσιν; ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τάδε· κ.τ.λ.

2) Quod ad HOMERUM cf. Odyss. ρ, vss. 518, 519:

ὡς δ' ὅτ' ἀοιδὸν ἀνὴρ ποτιδέρκεται, ὅς τε θεῶν ἒξ
ἀείδῃ δεδαὼς ἔπε' ἱμερόεντα βροτοῖσιν, κ.τ.λ.

θ 486 sqq.:

δὴ τότε Δημόδοκον προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Δημόδοκ', ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων.
ἢ σέ γε μοῦσ' ἐδίδαξε, Διὸς πάις, ἢ σέ γ' Ἀπόλλων. κ.τ.λ.

Quae cum ita sint, quid est, cur ad Orpheum referamus locum, de Hesiodo — Schusteri enim utar verbis [1]) — ne imprimis quidem cogitandum esse statuamus? Orpheum significari ne putemus, multa vidimus obstare: vulgaris autem theogoniae poëtae ut spectentur, — Hesiodum imprimis dico et Homerum, de quibus cogitare multo magis est in promptu quam de Orpheo —, cur fieri non possit?

Ecquae ita manent obscura, ecquae ambigua, ecquae inter se pugnantia?

Immo hac ratione explicationem habet etiam haec quaestio, cur universam hanc partem inseruerit Plato: cuius partis sententia huc videtur redire: hactenus de mundi origine et de diis caelestibus summo labore disputavimus: vos quidem, vulgares poëtae, longe

---

Hic quoque ut apud Hesiodum Musae cum Apolline iunguntur. Ceterum quod de omnibus *ἀοιδοῖς* dicitur his versibus, ad unum Orpheum transferri videtur a Pindaro, Pyth. IV, 176 (ed. Schroeder [Bergk, Poet. Lyr.[5] I, 1] pag. 213):

> *ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ φορμιγκτὰς ἀοιδᾶν πατήρ*
> *ἔμολεν, εὐαίνητος Ὀρφεύς,*

cuius loci similis est ratio atque Hesiodi et Homeri. Utique horum locorum nullus ad litteram videtur interpretandus esse; itaque iure fortasse scholium quoddam ad Pindari locum (Ammonius): *ὥσπερ οὖν ἐκ Διὸς λέγουσιν εἶναι τοὺς βασιλέας οὐχ ὅτι γόνοι εἰσὶ τοῦ Διός, ἀλλ' ὅτι τὸ βασιλεύειν ἐκ Διὸς ἔχουσιν, οὕτως ἐξ Ἀπόλλωνος φορμικτὴν αὐτὸν εἶπεν*, minus recte aliud scholium: *Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φησὶν εἶναι, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι Οἰάγρου λέγουσιν* [Gruppe apud Roscher i. v. Orpheus col. 1074; cf. praeterea Gildersleeve ad Pindar. Pyth. IV, 176: „ἐξ Ἀπόλλωνος: Orpheus is the son of Oiagros (fr. X. 8, 10); hence ἐξ Ἀ. may be taken as 'sent by.' Cf. Hes. Theog. 94".]. Nec tamen haec nostrae Timaei loci interpretationi obstant: quocumque modo accipiuntur tales locutiones, deorum progeniem certe se dicunt hi poetae: at hoc ipsum ex Timaei verbis apparet; nihil amplius: nec ulla est causa, cur illos Tim. 40 D auctores aliud significasse statuamus nomine illo *θεῶν ἔκγονοι*, quod sibi indiderunt, atque vis est talium nominum iis locis quos attulimus: non quid sonent haec nomina refert: refert, hisce nominibus semet ipsos nominavisse illos auctores.

1) Cf. Kern o. l. pag. 42.

secus agitis, laborque vester multo est levior: enumeratis deos vestros eorumque genera recensetis, quasi ipsi adfuissetis: scilicet id facere, vobis fas est, quippe qui a diis his oriundam esse vestram poëtarum gentem profiteamini: itaque dii maiores sunt vestri: quis autem maiores suos non noverit? Mihi vero fas non est, dicere, quae nesciam: itaque vos me docete; vos enim probe nostis.

Haec mihi per ironiam significare videtur PLATO: quae cum ad Timaeum, tum ad universae eius philosophiae rationem optime puto quadrare.

Haec habui quae de loci interpretatione dicerem. Summa autem est haec: iniuria verba *τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν* ad Orpheum referri.

11. Hisce ad exitum perductis[1]) toti huic de Orpheo

---

1) Mitto hic dicere de Protag. 316 D, Cratyl. 400 C, quos locos WEBER commemorat o. l. pag. 33: posterior sine dubio ad solos Orphicos pertinet: quod ex eo colligit WEBER („Der Satz: „Die Seele ist in den Leib als in ihr Gefängnis gebannt" wird im Crat. 400 C als ein Satz „derer um O." angeführt, O. demnach doch wohl als Stifter einer nach ihm benannten Sekte betrachtet"), id qui e PLATONIS verbis effici possit, non video: Orphicis nomen erat *οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα*; itaque Orphicorum sententiam afferens, vulgari quo indicabantur nomine utitur PLATO: *οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα*: amplius nihil.

Prior autem locus etiamsi ad ipsum Orpheum sit referendus, PROTAGORAE opinionem continet, non SOCRATIS.

Praeterea hic iam tractare poteram locum de quo postea agetur, Phaedon. 69 C dico: *καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοι εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι κ.τ.λ.*

Utique huius loci testimonio quae supra quod ad PLATONIS de Orpheo sententiam docui, magnopere videntur confirmari. Etenim Orpheum mysteriorum de quibus hic agitur conditorem fuisse, haec PLATONIS aetatis communis fere erat opinio, id quod imprimis apparet ex ARISTOPHANIS illo versu Ran. 1032:

Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι.

quaestioni abunde satis factum esse puto. Cuius quaestionis capita si summatim repetere licet, consideratis quae hisce paginis attuli haec mihi videntur quod ad Orpheum de Platonis sententia statuenda esse:

Platonem in scriptis suis coniungere Orpheum cum Orphicis, non est cur putemus: ipse quidem Plato ad talem opinionem vix ansas dat; licet nec oppositae eorum sententiae locus sit, qui scientem Platonem fabulae illum Orpheum ab Orphicis eorumque doctrinis separasse putent; de fabulae Orpheo agens de Orphicis vix cogitare videtur: quo fit ut Orphicos imprimisque Orphicorum doctrinas colat eximie — id quod proxima huiusce operis parte accuratius demonstrabitur —, de Orpheo autem non alia ratione dicat ac de

---

Quodsi Platonis tantulum modo interfuisset, qui haec mysteria condidisset, aut si ab Orpheo condita esse, ex animo putasset et fabulae Orpheum cum Orphicis eorumque doctrinis coniunxisset, — si usquam, certe hoc loco, quo de ipsis mysteriorum conditoribus agit, Orphei mentionem facere non solum potuerat sed debuerat etiam; hic, si usquam, ad ea quae de Orpheo erant tradita, revocare potuerat.

Sed horum omnium nihil facit. Non scribit, ex iis quae tradita sint, apparere, Orpheum optimum fuisse virum, et confirmari id eius doctrinis: immo ne nominat quidem Orpheum: plurative dicit: *οἱ καταστήσαντες*; paulo post etiam magis generaliter: *οἱ περὶ τὰς τελετάς*. Hos autem *οὐ φαύλους τινάς* fuisse, id per coniecturam efficit ex doctrinis quae iis adscribebantur: bonam doctrinam a bonis viris oriundam esse consentaneum ei videtur. Quod faciens hoc mihi videtur significare Plato, Orphicorum quidem doctrinas plurimi se facere et veterrimas esse probe scire; qui autem eas excogitarit vel primus professus sit, se nec scire nec curare.

Itaque etiam hic Phaedonis locus eorum redarguit opinionem, qui nulla critica arte adhibita omnibus quae de Orpheo traderentur temere fidem habuisse Platonem putent; nec sententiam nostram non confirmat, non coniunxisse Platonem Orpheum et Orphicos, nec horum doctrinas ab illo derivasse.

Ceterum postea uberius tractare locum, praestare mihi videtur.

ceteris fabulae heroibus, nedum deorum honore eum afficiat. Ipsas Orphicorum doctrinas plurimi faciebat: ad quem vero referrentur hae doctrinae, id omnino non curabat.

Orpheus PLATONI nihil est nisi celeberrimus ille vulgaris fabulae cantor, qui cantus suavitate mirifice excellebat cantuque suo omnia movebat, denique tamen mulierum manibus interficiebatur.

Talem virum etiam versus fecisse traditum fuisse itaque poëtam appellari solitum esse, per se intellegitur nec ex PLATONIS operibus non apparet. Ipsum tamen PLATONEM carmina quaedam, literis mandata et ipsius PLATONIS aetate nota ac divulgata — theogoniam, hymnos, carmina mystica (libros sacrificales) — ad Orpheum auctorem referre, non recte ex eius scriptis colligitur: iis locis, qui ad eiusmodi coniecturam ansas dare possint, aut omnino de certis carminibus, literis mandatis, non agitur — Legg. 829 E —, aut aliorum, non suam opinionem refert PLATO[1]) — Rep. II 364 E —, aut denique suam orationem ad communem opinionem et dicendi rationem accommodat — Cratyl. 402 B, Phil. 66 C, Legg. 669 D —: quod vero ad Tim. 40 D, hic

---

1) Alia igitur est ratio hymnorum et theogoniae: hanc certe novit PLATO, licet ipsum Orpheo eum adscribere eam non appareat: *hymnos* vero Orpheo adscriptos eius aetate extitisse, huiusce rei indicia apud PLATONEM videntur esse nulla.

locus ad Orpheum omnino non pertinet.

Praeterea nec Orphicorum mysteriorum ab ipso Platone auctorem habitum esse hunc Orpheum, ullius loci testimonio confirmatur. Protag. 316 D etiamsi revera ad Orpheum, non ad Orphicos, pertineat, Protagorae, non Platonis (Socratis) continetur opinio; Cratyl. 400 C de Orphicis sermo est, de ipso Orpheo non agitur; denique Phaedon. 69 C, qui locus postremo huc referri possit, etiamsi ad Orpheum spectetur nec ad solos Orphicos, tam late patet verborum ratio, ut vix quidquam effici possit.

Quod autem duobus locis a vulgari hac fabula recedere videtur Plato — Symp. 179 D, Rep. X 619 E sqq. —, huiusce rei ea est causa, quod aut aliorum opiniones ludificandi causa refert — id quod fit Symp. 179 D, quo loco Phaedrus inducitur, sophistarum more ad arbitrium Orphei fabulae sententiam mutans —, aut — Rep. X 619 sqq. — suas ipsius doctrinas illustrandi causa ad vulgarem fabulam adhibet vel quae ex hisce doctrinis quod ad varias fabulae personas — e. g. Orpheum — sequantur, commemorat.

Ad vulgarem hanc fabulam quamquam in universum se applicat Plato, ex nullis tamen indiciis patet, magis ei quam aliis eiusdem generis fabulis eum credidisse.

Nec iudicium proprie dictum de fabulae

Orpheo profert, nisi iudicium contineri putes Phaedon. 68 A, quo loco si revera de Orpheo agitur, congruenter vulgari fabulae non male de eo existimare videtur: Sympos. 179 D nec PLATONIS, nec vulgaris sententia exprimitur.

Quodsi talis cum vulgari de Orpheo fabula est ratio PLATONIS, qualem modo indicavi, non mirum videbitur, quid de Orphei genere sentiat ipse PLATO, nusquam apparere: non solum Rep. II 364 E sqq., verum etiam Symp. 179 D aliorum commemorantur opiniones: Tim. 40D autem de Orpheo non agitur. Itaque utrum Graecus habitus sit Orpheus a PLATONE an Thrax, haec est quaestio, quae vix poni posse videatur; licet concedendum sit, ansas non dare PLATONEM, ut arbitremur, Thracem putasse eum Orpheum.

Denique ea quae de Orphei descensu ad inferos tradit PLATO, latius patent, quam ut ex certo quodam opere petita esse effici possit.

Ex omnibus his autem satis perspicuum mihi videtur, tantum abesse, ut parum critica ratione vulgaribus de Orpheo fabulis fidem habuerit PLATO, ut contra hisce fabulis parum credidisse, certe omnino eas non curasse, satis verisimile videatur.[1])

---

1) Partim tantum haec mihi convenire videntur cum iis quae scribit LOBECKIUS, Aglaoph. I, pagg. 338, 339: „Saepius Orphei meminit Plato locis iis, quos deinceps, ut primum occasio data erit, indicabimus, ejusque etiam

B. DE ORPHICIS.

12. Omni fere PLATONIS de Orpheo sententia explorata — cuius sententiae summa illuc pertinere videtur, ut notum illum fabulae Orpheum cum Orphicis eorumque doctrinis non coniunxisse eum existimandum sit — iam sequitur illud, ut Orphicos in quaestionem vocemus. Quos cum in philosophorum numero referri a PLATONE, in priore huius disputationis parte probatum sit, haec hoc loco repetere non est necesse. Multa praeterea sunt, quae licet iam de Orpheo dicentes disputaverimus, non minus tamen ad Orphicos pertineant: ad quae in proximis revocare sufficit. Denique consideratis iis quae in priore huiusce disputationis parte de Orphicis inter philosophos numeratis a PLATONE, disputavimus virorumque doctorum testimoniis ibi allatis,[1]) plurimi fieri Orphicos a PLATONE

---

sententias aliquot in transitu affert non ad fidem dictorum sed orationis illustrandae causa et nonnunquam irridens. Auctorem modo recta Orpheum appellat, modo τοὺς ἀμφὶ Ὀρφέα, vulgari famae nec derogans quidquam nec arrogans."

Nimirum prorsus abhorret WEBERI sententia, cuius summam o. l. pagg. 40, 41 hoc modo breviter repetit: „er kennt seine sog. göttliche Abkunft und spottet über sie; er sieht in ihm offenbar einen Griechen, nicht einen Thraker; er kennt ihn als Sänger, Dichter, Erfinder, Weihestifter und Begründer eines religiösen Bundes; an seiner geschichtlichen Existenz zweifelt er so wenig wie an der Echtheit der ihm zugeschriebenen Dichtungen, von denen er Hymnen, Weihegedichte und eine Theogonie kennt; O. lebte nach seiner Ansicht vor Homer." Quod iudicium duobus maxime vitiis — primariis, ut ita dicam — premi videtur, e quibus reliqua vitia magnam partem oriuntur: 1°. quod inter Orpheum et Orphicos non satis discernit WEBER; 2°. quod PLATONIS operum formae non satis rationem habet. Quae vitia cum multis viris doctis, cum alio alio magis, ei communia sunt.

1) Imprimis DIELSII verba dico, supra (pag. 85) allata: „die Vereinigung orphischer Apokalyptik mit eleatischer Dialektik, welche Platons Grösse ausmacht."

nec parum in eius philosophiae summam ac rationem pertinuisse [1]), satis stare mihi videtur; quae res tam manifesta est, ut inter huiusce aetatis viros doctos etiam ii, qui ipsam Platonicae philosophiae vim et naturam cum Orphicorum doctrinis cohaerere negent, eam concedant. Affero NATORP: [1]) „Wir sehen PLATO hier [im Meno] zuerst in einer ganz neuen Rolle auftreten, der des orphischen Predigers und Propheten; so wieder im Gorgias und weiterhin, am stärksten im Phaedo."

Sed de his plura dicere ad huiusce operis rationes non quadrat: id unum quaeritur, quid de Orphicis PLATO in operibus dicat iudicetve. Quam quaestionem ut profligemus, perscrutandi sunt prius ii loci, quibus nomine afferuntur Orphici, tum de iis est dicendum, quorum verba latius patent, quos tamen ad eos referendos esse vel certum vel veri simile vel etiam veri dissimile sit: quae universa hocce fasciculo tractare cum longum sit, integra ea in alterum fasciculum reservare praestat.

---

1) Praeclare de PLATONE Orphicorum doctrinarum sectatore agit WINDELBAND, Platon [3], Stuttgart, 1901 (Frommans klass. d. Philos. IX). V. Der Theologe (pagg. 124—148).

1) Platons Ideenlehre. Leipzig. 1903, pag. 36.

Cf. praeterea pag. 56: „wie beide Schriften [Phaedrus et Gorgias] in wiederum nah verwandten, dem Gedankenkreis der Orphik entlehnten Gleichnissen ausführen."

pag. 84: „Es ist wahr, dass PLATO seine mit dem religiösen Gedankenkreis der Orphik zusammenhängenden psychologischen Vorstellungen auch sonst, auch im Phaedo und Staat mit der Ideenlehre enger verknüpft, als im Interesse einer reinen Durchführung der letztern erwünscht ist." Posteriora annon vera sint, dubito; sed hoc loco nihil ad rem pertinent.

THESES.

THESES.

I.

Hymni Orphici si qui PLATONIS aetate erant noti et ad Orpheum referebantur — id quod omnino non constat —, certe non spectantur PLATON. Legg. 829 D sqq. verbis quae sunt: *μηδ᾽ ἂν ἡδίων ἢ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφείων ὕμνων.*

II.

PLATON. Sympos. 179 D nec vulgaris de Orpheo fabulae forma, nec ipsius PLATONIS sententia scripta legitur.

III.

PLATON. Tim. 40 D sqq. (cf. supra, pag. 178) contra WILLMANNUM (Gesch. des Ideal. I. pagg. 413 sqq.) per ironiam est interpretandus.

IV.

PLATON. Tim. 40 D sqq. verbis *τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν* nec Orpheus significatur nec Orphici, sed omnino vulgarium theogoniarum poëtae: Hesiodus imprimis et Homerus.

... εἰς ἀνθρώπους
... θεῶν ἐρρίφη διά
... πυρί· καὶ οἱ μὲν
... θεῶν οἰκοῦντες,
Verba quae sunt οἱ
... doctis (cf. ZELLER,
... gleichz. Philos., Arch.
..., pag. 167; RODIER,
... dans le syst. de Plat.,
490, adn. 38) ad Philo-
...ntur; Orphicos significari

VI.

... C sqq.: Μουσαῖος δὲ τούτων
... νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς
... τοῖς δικαίοις κ.τ.λ. Verba quae
... non ad Orpheum, sed ad Eu-
... sunt.

VII.

... Epinomin dialogum a PLATONE abiu-
... saltem a multis viris doctis PHI-
... tribuitur.

VIII.

... Rep. II, 364 E sqq.: βίβλων δὲ ὅμαδον
... Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν

ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσιν, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει. Verba ὥς φασι — quorum subiectum sunt ἀγύρται καὶ μάντεις — ad universam locutionem Μουσαίου — ἐγγόνων pertinent.

IX.

Platon. Rep. II, 364 E sqq. non ipsi Orphici, sed Orpheotelestae quos dicunt, spectantur.

X.

Platon. Rep. II, 366 A sqq. (ed. Adam, Cambridge, 1902): ἀλλ' ὦ φίλε, φήσει λογιζόμενος, αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται καὶ οἱ λύσιοι θεοί, ὡς αἱ μέγισται πόλεις λέγουσι καὶ οἱ θεῶν παῖδες, ποιηταὶ καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι, οἳ ταῦτα οὕτως ἔχειν μηνύουσιν.

Hermanni coniectura, quam in textum recepit et praefationis pagg. V sqq. defendit: ἀλλ' ὠφελήσουσιν ἁγνιζομένους αἱ τελεταὶ καὶ οἱ λύσιοι θεοί, κ.τ.λ., omnino non necessaria, itaque improbanda est.

XI.

Iniuria Huit, La Vie et l'Oeuvre de Platon, II. pagg. 269 sqq. Parmenidem dialogum a Platone abiudicat.

XII.

PHILOL. ap. CLEM. Strom. III, 17, p. 518 (DIELS, Fr. d. Vors. pag. 255, fr. 14): *μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντεις, ὡς διά τινας* [*τινος*?] *τιμωρίας ἁ ψυχὰ τῶι σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σάματι τούτωι τέθαπται.* Orphici notantur.

XIII.

AESCHYL. Eumenid. vss. 174 sqq. (ed. WECKL.):

κἀμοί γε λυπρὸς καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται,
ὑπό τε γᾶν φυγὼν
οὔ ποτ' ἐλευθεροῦται,
ποτι τροπαιος δ' ὢν [PORSON *ὢν δ'*] *ἕτερον ἐν κάρᾳ*
μιάστορ' ἐκείνου πα(ύ)σεται.

Vs. 178 conicio: *μιάστορ' ἔχειν οὐ παύσεται.*

XIV.

CICERON. ep. ad Att. I, 13, 4: Tuus autem ille amicus (scin, quem dicam?), de quo tu ad me scripsisti, postea quam non auderet reprehendere, laudare coepisse, nos, ut ostendit, admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat, occulte, sed, ita, ut perspicuum sit, invidet.

Nec Pompeius nec Crassus, sed Hortensius carpitur.

XV.

THUCYD. Histor. VI, 36, 2 (ed. HUDE): *οἱ γὰρ δεδιότες ἰδίᾳ τι βούλονται τὴν πόλιν ἐς ἔκπληξιν καθιστάναι, ὅπως τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέτερον ἐπηλυγάζωνται.*

Lege: *τὸν σφέτερον.*

XVI.

PLATON. Symp. 190 E: ὁ δὲ τό τε πρόσωπον μετέστρεφε, καὶ συνέλκων πανταχόθεν τὸ δέρμα ἐπὶ τὴν γαστέρα νῦν καλουμένην, ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλάντια, ἓν στόμα ποιῶν ἀπέδει κατὰ μέσην τὴν γαστέρα, ὃ δὴ τὸν ὀμφαλὸν καλοῦσι.

Iniuria HOMMEL uncis includit vocem τόν.

XVII.

Etiam liberae reipublicae Romanae temporibus patronis ius necis fuisse in libertos iustos, non est veri simile.

XVIII.

CICERON. Lael. de am. 17, 63: Est igitur prudentis sustinere ut cursum, sic impetum benivolentiae, quo utamur quasi equis temptatis, sic amicitia ex aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

MUELLER in ed.: quo; SEYFF.: *quoad utatur*. Nihil mutatione opus videtur.

XIX.

CICERON. Paradox. 44: Filiam quis habet, pecunia est opus; duas, maiore; pluris, maiore etiam; si, ut aiunt Danaum quinquaginta sint filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam.

MUELLER in ed.: Danaum. Conicio: ut apud Danaum.

XX.

LYSIAE or. XXIV, § 13 (ed. v. HERWERDEN): Τοσοῦτον δὲ διενήνοχεν ἀναισχυντίᾳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων, ὥσθ' ὑμᾶς πειρᾶται πείθειν, τοσούτους ὄντας εἷς ὤν, ὡς οὐκ εἰμὶ τῶν ἀδυνάτων ἐγώ. Καίτοι εἰ τοῦτο πείσει τινὰς ὑμῶν, ὦ βουλή, τί με κωλύσει κληροῦσθαι των ἐννέ' ἀρχόντων, καὶ ὑμᾶς νῦν μὲν ἀφελέσθαι τὸν ὀβολὸν ὡς ὑγιαίνοντος, τότε δὲ ψηφίσασθαι π ά ν τ α ς ὡς ἀναπήρῳ.

RAUCHENST. pro πάντας: πεισθέντας. Nihil mutandum est.

XXI.

PAUL. ep. ad Ephes. I, 1: Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Ten onrechte houden velen de woorden ἐν Ἐφέσῳ voor eene interpolatie.

XXII.

PLATO wijkt in zijne beschouwing aangaande de barbaren af van de gangbare meening der Grieken.

XXIII.

De min juiste gevolgtrekkingen, waartoe WEBER, Platon. Notiz. über Orpheus, aangaande PLATO's oordeel over Orpheus komt, vinden hun oorzaak voornamelijk hierin, dat hij niet voldoende onderscheidt tusschen Orpheus en de Orphici, en niet steeds rekening houdt met den vorm waarin PLATO zijne werken geschreven heeft.

XXIV.

Ten onrechte laat ZELLER, Plato's Mitth. üb. früh. und gleichz. Philos. (Arch. f. Gesch. d. Ph. V, 2, pagg. 165 sqq.) de Orphici buiten beschouwing.

XXV.

PLATO staat in zijne beoordeeling van de Orphiek over het algemeen op het standpunt der „moderne Forschung".

XXVI.

De meening, dat Orpheus door PLATO met de Orphici verbonden of vereenzelvigd, en als de vader der Orphiek zou zijn beschouwd, vindt geen steun in Plato's werken.

XXVII.

Plato's philosophie hangt met de Orphiek ten nauwste samen: onjuist is zoowel de meening, dat deze samenhang alleen formeel zou zijn, als de beschouwing van hen, die deze verwantschap onvereenigbaar achten met het wezen van PLATO's wijsbegeerte.

XXVIII.

ARISTOT. Metaph. I, 3, 983 *b* 27 sqq.: *εἰσὶ δέ τινες οἵ καὶ τοὺς παμπαλαίους καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως*

καὶ πρώτους θεολογήσαντας οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως ὑπολαβεῖν· κ.τ.λ.

PLATO wordt bedoeld.

XXIX.

Uit PLATON. Cratyl. 400 B sqq. blijkt niet, dat de gelijkstelling van *σῶμα* en *σῆμα* door de Orphici geleerd is.

XXX.

De leer van de individueele onsterfelijkheid der ziel is niet in strijd met de consequentiën van PLATO's philosophie.

XXXI.

PLATON. Rep. V, 473 C D (vid. pag. 56, adn. 3) moet aan *φιλόσοφοι* in engeren (eigenlijken) zin gedacht worden.

XXXII.

Het is over het algemeen onnoodig, het woord *φιλοσοφία* bij PLATO door een ander woord dan „philosophie" weer te geven, zooals WINDELBAND schijnt te meenen.

XXXIII.

De waarschijnlijkheid of althans de mogelijkheid van buitenlandsche invloeden op de Grieksche philosophie in het algemeen en PLATO's wijsbegeerte in 't bijzonder, kan bezwaarlijk ontkend worden.

XXXIV.

ZELLER, Philos. d. Griech., laat in zijne bespreking van de voor-platonische en Platonische wijsbegeerte, het religieuze element meer buiten rekening, dan met het karakter dier wijsbegeerte overeenkomt.

XXXV.

De gewoonte van PLATO, bepaalde philosophemen aan de ouden toe te schrijven, berust op eene diep gewortelde overtuiging.

XXXVI.

De samenhang tusschen Orphici en Pythagoreërs bepaalt zich niet tot de eschatologie.

XXXVII.

De bewering van ED. MEYER, Gesch. des Alterth. II. pagg. 735 sqq.: „In Wirklichkeit ist ohne richtige Würdigung der Orphik die griechische Entwickelung des sechsten und fünften Jahrhunderts, namentlich die der Philosophie, gar nicht zu verstehen", is althans wat de philosophie betreft, volkomen juist.

XXXVIII.

XENOPHANES was geen monotheïst.

XXXIX.

Min juist beweert ZELLER, Ph. d. Gr. I, 1[6] pag. 74 adn. 1, op grond van ARISTOT. Metaph. I, 3. 983b 20 sqq., dat ARISTOTELES de Grieksche philosophie bij Thales liet beginnen.

XL.

De methode der nieuweren, de Grieksche philosophie bij Thales te doen beginnen, is niet voldoende gemotiveerd.

XLI.

Het is de bedoeling van PLATO's Parmenides, aan te toonen, dat de Eleatische dialektiek, omdat daaraan de grondslag der ideeënleer ontbreekt, op niets moet uitloopen.

XLII.

Behalve uit andere overwegingen verdient het uit paedagogisch oogpunt aanbeveling, bij het onderwijs in het Latijn de behandeling der declinatie en der coniugatie niet bij de a-, maar bij de consonantstammen aan te vangen.

XLIII.

De gedachte, door DIELS (Festrede zur Feier des Leibn. Gedächtnistags, 29 Juni 1899. Sitzungsber. der Königl. preuss. Akad. der Wissensch. [Berlin 1899.] pag. 600) geuit, om het Latijn als algemeene wetenschappelijke taal te gebruiken, verdient alleszins nadere overweging, zoo niet instemming.

XLIV.

Het sensualisme biedt geen voldoende verklaring van het ontstaan der kennis.

XLV.

Kant's onderscheiding tusschen *Ding an sich* en *Erscheinung* is „erkenntnis-theoretisch" onbruikbaar.

XLVI.

Daaruit dat de „Anschauungsformen a priori" transscendentale idealiteit hebben, volgt niet, dat ze geen transscendentale realiteit hebben.

XLVII.

De bewering van Baumgartner, Geschichte der Weltliteratur, $IV^{1,2}$ pag. 622, dat de kring van Hooft [Barlaeus, Huygens] „mehr protestantisch gefärbt" was dan die van Hugo de Groot, is met de geschiedenis in strijd.